| Activa. | Præs. }<br>Imp. }<br>Fut. }<br>Aor. 1. }<br>Perf. }<br>Plup. }<br>Aor. 2. } | πείθε<br>deest<br>πείσον<br>πέπεικε<br>πίθε                                 | πείθω<br>deest<br>πείσω<br>πεπέικω<br>πίθω                                         | πείθοιμι<br>πείσοιμι<br>πείσαιμι<br>πεπέικοιμι<br>πίθοιμι | πείθωμι<br>πείσοιμι<br>πείσαιμι<br>πεπέικοιμι<br>πίθοιμι      | πείθειν<br>πείσειν<br>πείσαι<br>πεπέικέναι<br>πίθειν          | πείθων<br>πείσων<br>πείσας<br>πεπεικώς<br>πιθών                                      |                                                                                   |
|         | Media.                                                                      | Præs. }<br>Imp. }<br>Fut. }<br>Aor. 1. }<br>Perf. }<br>Plup. }<br>Fut. 2. } | πείθωμαι<br>deest<br>πείσομαι<br>πέποιθε<br>πιθού                                  | πείθωμαι<br>deest<br>πείσομαι<br>πέποιθω<br>πιθώμαι       | πείθοιμην<br>πείσοιμην<br>πείσαιμην<br>πεποιθοίμι<br>πιθοίμην | πείθεσθαι<br>πείσεσθαι<br>πείσασθαι<br>πεποιθέναι<br>πιθέσθαι | πείθόμενος<br>πείσόμενος<br>πείσόμενος<br>πεποισθώς<br>πιθόμενος                     |                                                                                   |
|         |                                                                             | Passiva.                                                                    | Perf. }<br>Plup. }<br>P.p.F. }<br>Aor. 1. }<br>Fut. 1. }<br>Aor. 2. }<br>Fut. 2. } | πέπεισο<br>deest<br>πείσθητι<br>deest<br>πιθήτι<br>deest  | πέπεισο<br>deest<br>πείσθητι<br>deest<br>πιθήτι<br>deest      | πεπεισμένος ὦ<br>deest<br>πείσθῶ<br>deest<br>πιθῶ<br>deest    | πεπεισμένος εἶην<br>πεπεισοίμην<br>πείσθαιην<br>πείσθησοίμην<br>πιθήην<br>πιθησοίμην | πεπεισμένος<br>πεπεισόμενος<br>πείσθεις<br>πείσθησόμενος<br>πιθεις<br>πιθησόμενος |

|         | Indicat.                                                                    | Imperat.                                                                    | Conjunct.                                                                          | Optat.                                                                                       | Infinit.                                                        | Particip.                                                      |                                                                                        |                                                                                     |
|---------|-----------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------|
| Activa. | Præs. }<br>Imp. }<br>Fut. }<br>Aor. 1. }<br>Perf. }<br>Plup. }<br>Aor. 2. } | φράζε<br>deest<br>φράσον<br>πέφραικε<br>φράδε                               | φράζω<br>deest<br>φράσω<br>πεφράκω<br>φράδω                                        | φράζοιμι<br>φράσοιμι<br>φράσαιμι<br>πεφράκοιμι<br>φράδοιμι                                   | φράζειν<br>φράσειν<br>φράσαι<br>πεφρακέναι<br>φραδέν            | φράζων<br>φράσων<br>φράσας<br>πεφρακώς<br>φραδών               |                                                                                        |                                                                                     |
|         | Media.                                                                      | Præs. }<br>Imp. }<br>Fut. }<br>Aor. 1. }<br>Perf. }<br>Plup. }<br>Aor. 2. } | φράζω<br>deest<br>φράσαι<br>πέφραδε<br>φραδοῦ                                      | φράζωμαι<br>deest<br>φράσωμαι<br>πέφράδω<br>φράδωμαι                                         | φραζοίμην<br>φρασοίμην<br>φρασαιίμην<br>πεφράδοιμι<br>φραδοίμην | φράζεσθαι<br>φράσεσθαι<br>φράσασθαι<br>πεφραδέναι<br>φραδέσθαι | φραζόμενος<br>φρασόμενος<br>φρασοίμενος<br>πεφραδώς<br>φραδόμενος                      |                                                                                     |
|         |                                                                             | Passiva.                                                                    | Perf. }<br>Plup. }<br>P.p.F. }<br>Aor. 1. }<br>Fut. 1. }<br>Aor. 2. }<br>Fut. 2. } | πέφρασμαι<br>ἐπεφράσμεν<br>*πεφράσομαι<br>ἐφράσθην<br>φρασθήσομαι<br>*ἐφράδην<br>*φραθήσομαι | πέφρασσο<br>deest<br>φράσθητι<br>deest<br>φράδηθι<br>deest      | πεφρασμένος ὦ<br>deest<br>φρασθῶ<br>deest<br>φραδῶ<br>deest    | πεφρασμένος εἶην<br>πεφρασοίμην<br>φρασθείην<br>φρασθησοίμην<br>φραδέην<br>φραδησοίμην | πεφρασμένος<br>πεφρασόμενος<br>φρασθείς<br>φρασθησόμενος<br>φραδεὶς<br>φραδησόμενος |

|         | Indicat.                                                                    | Imperat.                                                                    | Conjunct.                                                              | Optat.                                                                    | Infin.                                                    | Particip.                                                     |                                                                          |                                                                    |                                                                   |
|---------|-----------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------|
| Activa. | Præs. }<br>Imp. }<br>Fut. }<br>Aor. 1. }<br>Perf. }<br>Plup. }<br>Aor. 2. } | σπείρω<br>deest<br>σπεύρω<br>ἔσπαρκα<br>σπάρω                               | σπεύρω<br>deest<br>σπεύρω<br>ἔσπαρκω<br>σπάρω                          | σπεύρωμαι<br>deest<br>σπεύρωμαι<br>ἔσπόρω<br>σπάρωμαι                     | σπεύρωμι<br>σπεύρωμι<br>σπεύρωμι<br>ἔσπάρκοιμι<br>σπάρωμι | σπεύρειν<br>σπεύειν<br>σπεύραι<br>ἔσπαρκέαι<br>σπαρέν         | σπεύρων<br>σπεύων<br>σπεύρας<br>ἔσπαρκῶς<br>σπαρών                       |                                                                    |                                                                   |
|         | Media.                                                                      | Præs. }<br>Imp. }<br>Fut. }<br>Aor. 1. }<br>Perf. }<br>Plup. }<br>Aor. 2. } | σπειρώμαι<br>deest<br>σπειρώμαι<br>ἔσπειρα<br>σπείρω                   | σπειρώμαι<br>deest<br>σπειρώμαι<br>ἔσπορε<br>σπείρω                       | σπειρώμαι<br>deest<br>σπειρώμαι<br>ἔσπόρω<br>σπείρωμαι    | σπειρώμην<br>σπειρώμην<br>σπειρώμην<br>ἔσπόροιμι<br>σπείρωμην | σπειρέσθαι<br>σπερέσθαι<br>σπειράσθαι<br>ἔσπορέαι<br>σπαρέσθαι           | σπειρόμενος<br>σπερούμενος<br>σπειράμενος<br>ἔσπορῶς<br>σπαρόμενος |                                                                   |
|         |                                                                             | Passiva.                                                                    | Perf. }<br>Plup. }<br>Aor. 1. }<br>Fut. 1. }<br>Aor. 2. }<br>Fut. 2. } | ἔσπαρμαι<br>ἔσπάρην<br>ἔσπάρθην<br>σπαρθήσομαι<br>ἔσπάρθην<br>σπαρθήσομαι | ἔσπαρσο<br>σπάρθητι<br>deest<br>σπάρθηθι<br>deest         | ἔσπαρμένος ὦ<br>σπαρθῶ<br>deest<br>σπαρθῶ<br>deest            | ἔσπαρμένος εἶην<br>σπαρθείην<br>σπαρθήσοίμην<br>σπαρέιην<br>σπαρθήσοίμην | ἔσπαρθαι<br>σπαρθῆναι<br>σπαρθήσεσθαι<br>σπαρῆναι<br>σπαρθήσεσθαι  | σπαρμένος<br>σπαρθεῖς<br>σπαρθησόμενος<br>σπαρῆς<br>σπαρθησόμενος |

Verba Liquidae Conjugationis carent Paulo-Post-Futuro.

|         | Indicat.                                                       | Imperat.                                 | Conjunct.                                                  | Optat.                                    | Infin.                                | Particip.                                             |                                                 |                                                   |
|---------|----------------------------------------------------------------|------------------------------------------|------------------------------------------------------------|-------------------------------------------|---------------------------------------|-------------------------------------------------------|-------------------------------------------------|---------------------------------------------------|
| Activa. | Pres. }<br>Imp. }<br>Fut. }<br>Aor. 1. }<br>Perf. }<br>Plup. } | λύε<br>deest<br>λύσον<br>λέλυκε          | λύω<br>deest<br>λύσω<br>λελύκω                             | λύοιμι<br>λύσοιμι<br>λύσαιμι<br>λελυκοιμι | λύειν<br>λύσειν<br>λύσαι<br>λελυκέαι  | λύων<br>λύσων<br>λύσας<br>λελυκώς                     |                                                 |                                                   |
|         | Media.                                                         | Pres. }<br>Fut. }<br>Imp. }<br>Aor. 1. } | λύου<br>deest<br>λύσαι                                     | λύωμαι<br>deest<br>λύσωμαι                | λυοίμην<br>λυσοίμην<br>λυσαιμην       | λύεσθαι<br>λύσεσθαι<br>λύσασθαι                       | λύόμενος<br>λυσόμενος<br>λυσάμενος              |                                                   |
|         |                                                                | Passiva.                                 | Perf. }<br>Plup. }<br>P. p. F. }<br>Aor. 1. }<br>Fut. 1. } | λέλυσο<br>deest<br>λύθητι<br>deest        | λελυμένος ὦ<br>deest<br>λυθῶ<br>deest | λελυμένος εἶην<br>λελυσοίμην<br>λυθείην<br>λυθησοίμην | λελύσθαι<br>λελύσεσθαι<br>λυθῆναι<br>λυθήσεσθαι | λελυμένος<br>λελυσόμενος<br>λυθείς<br>λυθησόμενος |

Verba Pura carent omnibus Temporibus secundis, præter ἀκούω audio, quod facit Perfectum Secundum ἀκήκοα.



|         | Indicat.                                                                     | Imperat.                                                                     | Conjunct.                                                                             | Optat.                                           | Infin.                                           | Particip.                                                          |                                                              |                                                                |
|---------|------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------|--------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------|
| Activa. | Præs. }<br>Imp. }<br>Fut. }<br>Aor. 1. }<br>Perf. }<br>Plusq. }<br>Aor. 2. } | -ε<br>deest<br>-ον<br>-ε<br>-ε                                               | -ω<br>deest<br>-ω<br>-ω<br>-ω                                                         | -οιμι<br>-σοιμι, -οἶμι<br>-αιμι<br>-έμαι<br>-έην | -ειν<br>-σειν, -έην<br>-αι<br>-έμαι<br>-έην      | -ων<br>-σων, -ων<br>-ας<br>-ώς<br>-ών                              |                                                              |                                                                |
|         | Media.                                                                       | Præs. }<br>Imp. }<br>Fut. }<br>Aor. 1. }<br>Perf. }<br>Plusq. }<br>Aor. 2. } | -ου<br>deest<br>-αι<br>-ε<br>-ουδ                                                     | -ωμαι<br>deest<br>-ωμαι<br>-ω<br>-ωμαι           | -οίμην<br>-οίμην<br>-αίμην<br>-οιμι<br>-οίμην    | -εσθαι<br>-σεσθαι είσθαι<br>-ασθαι<br>-έμαι<br>-έσθαι              | -όμενος<br>-σόμενος ούμενος<br>-άμενος<br>-ώς<br>-όμενος     |                                                                |
|         |                                                                              | Passiva.                                                                     | Perf. }<br>Plusq. }<br>P. p. F. }<br>Aor. 1. }<br>Fut. 1. }<br>Aor. 2. }<br>Fut. 1. } | -σο<br>deest<br>-θητι<br>deest<br>-ητι<br>deest  | -μένος ὦ<br>deest<br>-θῶ<br>deest<br>-ῶ<br>deest | -μένος εἶην<br>-σοίμην<br>-θείην<br>-θησοίμην<br>-εἶην<br>-ησοίμην | -σθαι<br>-σεσθαι<br>-θῆναι<br>-θήσεσθαι<br>-ῆναι<br>-ήσεσθαι | -μένος<br>-σόμενος<br>-θείς<br>-θησόμενος<br>-είς<br>-ησόμενος |

*Nota.* Quoniam Temporum formæ, quas Verbis exempli causa huc allatis tribuimus, non omnes omnibus sunt in usu, sed aliæ aliis desunt, asterisco (\*) notavimus eas formas, quæ nusquam obviæ fiunt.

~~~~~

## TEMPORUM FORMATIO.

### PRÆSENS MED. ET PASS.

§ 45. Præsens Medium et Passivum formatur a Præsente Activo mutando  $\omega$  in  $\omicron\mu\alpha\iota$ , ut  $\tau\acute{\upsilon}\pi\tau\omega$ ,  $\tau\acute{\upsilon}\pi\tau\omicron\mu\alpha\iota$ .

### IMPERFECTUM ACT. MED. ET PASS.

Imperfectum Activum formatur a Præsente, mutando  $\omega$  in  $\omicron\nu$ , et præponendo Augmentum, ut  $\tau\acute{\upsilon}\pi\tau\omega$ ,  $\acute{\epsilon}\tau\upsilon\pi\tau\omicron\nu$ .

Imperfectum Medium et Passivum formatur a Præsente suo, mutando  $\omicron\mu\alpha\iota$  in  $\acute{\omicron}\mu\eta\nu$  et præponendo Augmentum, ut  $\tau\acute{\upsilon}\pi\tau\omicron\mu\alpha\iota$ ,  $\acute{\epsilon}\tau\upsilon\pi\tau\acute{\omicron}\mu\eta\nu$ .

### DE AUGMENTO.

§ 46. Augmentum præfigitur omnibus Temporibus Historicis Modi Indicativi; in reliquis Modis abjicitur.

Augmentum est duplex, Syllabicum et Temporale.

(a.) SYLLABICUM AUGMENTUM *syllaba auget* Verbum, quod a consonante incipiat, præfixa  $\acute{\epsilon}$ ; ut  $\tau\acute{\upsilon}\pi\tau\omega$ ,  $\acute{\epsilon}\tau\upsilon\pi\tau\omicron\nu$ .

Si Verbum incipit a  $\rho$ , fere geminatur  $\rho$  post Augmentum, ut  $\acute{\rho}\acute{\iota}\pi\tau\omega$  *jacio*,  $\acute{\epsilon}\acute{\rho}\acute{\rho}\acute{\iota}\pi\tau\omicron\nu$ .

(b.) TEMPORALE AUGMENTUM *tempore*, hoc est, quantitate, verbum *auget*, quod a vocali brevi incipiat; scilicet mutando

$\acute{\alpha}$ brevem in $\eta$ , ut $\acute{\alpha}\kappa\omicron\upsilon\acute{\omega}$ <i>audio</i>	$\acute{\eta}\kappa\omicron\nu\omicron\nu$
$\epsilon$ in $\eta$ , ut $\acute{\epsilon}\gamma\epsilon\acute{\iota}\rho\omega$ <i>excito</i>	$\acute{\eta}\gamma\epsilon\iota\rho\nu$
$\omicron$ in $\omega$ , ut $\acute{\omicron}\rho\acute{\upsilon}\sigma\sigma\omega$ <i>fodio</i>	$\acute{\omicron}\rho\upsilon\sigma\sigma\omicron\nu$

ĩ brevem in ī longam, ut ἱκετεύω *supplicō* ἱκέτευον  
 ũ brevem in ū longam, ut ὑφαίνω *texo* ὑφαίνον.

Quædam ab ε incipientia adsciscunt ι, ut ἔχω, εἶχον.  
 Alia Syllabicum Augmentum præfigunt Temporalī, ut ὀράω, ἐώρων.

In diphthongis augendis prior Vocalis Augmentum capit: posterior, si est ι, subscribi solet.

Auctæ diphthongi tres sunt, αι, αυ, οι.

Sic αι mutatur in η, ut αἶρω *tollo* ἦρον  
 αυ ——— in ηυ, ut αὐξάνω *augeo* ἠῦξανον  
 οι ——— in ω, ut οἰκίζω *ædifico* ὤκιζον.

#### DE AUGMENTIS COMPOSITORUM.

Verba Composita, sicut Simplicia, plerumque sumunt Augmentum in initio, ut μυθολογέω *fabulam narro*, ἐμυθολόγουν; οἰκοδομέω *domum ædifico*, ὠκοδόμουν.

Sed cum Præpositione composita Augmentum fere habent in medio, ut προσβάλλω *adjicio*, προσέβαλλον.

#### FUTURUM ACT. ET MED.

§ 47. (a.) Futurum Activum formatur a Præsenti mutando ultimam syllabam in Conjugatione

Prima in ψω; ut τύπτω, τύψω.  
 Secunda in ξω; ut λέγω, λέξω.  
 Tertia in σω; ut πείθω, πείσω.  
 Quarta in σω; ut φράζω, φράσω. et  
 in ξω; ut τάττω, τάξω.  
 Liquida in ῶ; ut σπείρω, σπερῶ.  
 Pura in σω; ut παύω, παύσω.

In Liquida Conjugatione Penultima Futuri fit brevis, vel elidendo secundam Consonantem, ut τέμνω *scindo*, τεμῶ. vel secundam Vocalem Diphthongi, ut



φαίνω ostendo, φανῶ· vel corripiendo ancipitem, ut κρίνω *judico*, κρινῶ.

In Pura Conjugatione Penultima Futuri fere producitur; ita ut vocales Characteristicæ *a, ε, ο*, mutantur in cognatas longas *η, ω*; ut τιμάω, -ήσω; φιλέω, -ήσω; χρυσόω, -ώσω. Vel *a* purum, aut *a* post *ρ*, producitur: ut εάω, εᾶσω; περάω, περάσω. Sed nonnulla brevem servant vocalem, ut γελάω, γελάσω; κορέω, κορέσω; ἀρόω, ἀρόσω,

(b.) Futurum Medium formatur a Futuro Activo, mutando *ω* in *ομαι*, ut τύψω, τύψομαι; sed *ῶ* circumflexum in οὔμαι, ut σπερῶ, σπεροῦμαι.

#### AORISTUM PRIMUM ACT. ET MED.

(a.) Aoristum Primum Activum formatur a Futuro, mutando *ω* in *a*, et præponendo Augmentum; ut τύψω, ἔτυψα.

In Liquida Conjugatione penultima brevis Futuri in Aoristo Primo producitur, mutando Futuri

ᾶ impuram in <i>η</i> , ut φαίνω ostendo,	φᾶνῶ,	ἔφῆνα
ᾶ puram } in <i>ᾶ</i> ,	{ πιαίνω pinguefacio,	πιᾶνῶ, ἐπίᾶνα
ᾶ post <i>ρ</i> }	{ περαίνω finio,	περᾶνῶ, ἐπέῤᾶνα
<i>ε</i> in <i>ει</i> , ut στέλλω mitto,	στελῶ,	ἔστειλα
<i>ι</i> in <i>ι</i> , ut κρίνω <i>judico</i> ,	κρίνῶ,	ἔκρινα
<i>υ</i> in <i>υ</i> , ut ἀμῦνω arceo,	ἀμῦνῶ,	ἤμῦνα.

Eadem mutatio per omnes Modos servatur; ut φῆνον, φήνω, κ. τ. λ. Sed αἶρω tollo, ἦρα, ἄρον, ἄρω, κ. τ. λ.

Quinque sunt Aorista Prima, quæ characteristicam Futuri non assumunt: ἔδωκα, dedi; ἔθηκα, posui; ἦκα, misi; εἶπα, dixi; ἤνεγκα, tuli.

(b.) Aoristum Primum Medium formatur ab Aoristo Primo Activo, addendo *μην*; ut ἔτυψα, ἐτυψάμην.

## PERFECTUM ET PLUSQU. ACT.

§ 48. (a.) Perfectum Activum formatur a Futuro, præponendo Reduplicationem, sive Augmentum-pro-Reduplicatione, et mutando in Conjugatione

Prima	ψω	in φα,	ut τύψω,	τέτυφα
Secunda	ξω	in χα,	ut πλέξω,	πέπλεχα
Tertia	σω	in κα,	ut πείσω,	πέπεικα
Quarta	ξω	in χα,	ut τάξω,	τέταχα
	σω	in κα,	ut φράσω,	πέφρακα
Liquida	ῶ	in κα,	ut ἀγγελῶ,	ἤγγελκα
	sed μῶ	in μηκα,	ut νεμῶ,	νενέμηκα
Pura	σω	in κα,	ut βουλεύσω,	βεβούλευκα.

(b.) Plusquamperfectum Activum formatur a Perfecto, mutando *a* in *ειν*, et præponendo Augmentum; ut τέτυφα, ἐτετύφειν.

## DE REDUPLICATIONE.

Reduplicatio est prima consonans Verbi *reduplicata* cum *ε*. Reduplicatione utuntur Verba quæ incipiunt

(a.) vel a simplici consonante, excepta *ρ*; ut τύψω, τέτυφα, sed ῥίψω, ῥῥίφα;

(b.) vel a muta cum liquida, exceptis *γν*, et plerumque *βλ*, *γλ*; ut γράψω, γέγραφα; sed γνωρίζω, notifico, γνωρίσω, ἐγνώρικα.

Cetera Verba Augmento-pro-Reduplicatione utuntur; scilicet incipientia

a duplici consonante, ut ψάλλω *psallo*, ψᾶλῶ, ἔψαλκα  
 a binis sine liquida, ut σκάπτω *fodio*, σκάψω, ἔσκάφα  
 a vocali vel diphthongo, ut ἀμείβω *muto*, ἀμείψω, ἤμειφα.

Quædam Verba, præter Temporale Augmentum, duas priores literas stirpis assumunt, quæ Reduplicatio Attica dicitur; ut *ὀρύττω fodio, ὀρ-ώρυχα*.

Si Verbum incipit ab *aspirata*, assumit suam tenuem in Reduplicacione; ut *θύω sacrifico, θύσω, τέθυκα*.

Reduplicatio, sive Augmentum-pro-Reduplicacione, locum habet in Perfecto, Plusquamperfecto, ac Paulo-post-Futuro; et servatur per omnes Modos.

PERFECTUM, PLUSQU., ET PAULO-POST-FUTURUM  
PASSIVUM.

(a.) Perfectum Passivum formatur a Perfecto Activo, mutando in Conjugacione

Prima	φα purum	in μμαι ut τέτυφα, τέτυμμαι
	impurum	in μαι ut τέτερφα, τέτερμαι
Secunda et Quarta	} χα	in γμαι ut πέπλεχα, πέπλεγμαι
Tertia et Quarta		} κα
Liquida	κα	
Pura	κα penult. longa	in μαι ut πεφίληκα, πεφίλημαι
	penult. brevi	in σμαι ut τετέλεκα, τετέλεσμαι.

Nonnulla Pura etiam penultimæ longæ formant σμαι, ut *κελεύω jubeo, κεκέλευσμαι*; et nonnulla penultimæ brevis formant μαι, ut *ἀρώ aro, ἀρήρομαι*.

(b.) Plusquamperfectum Passivum formatur a Perfecto suo, mutando μαι in μην, et præponendo Augmentum; ut *τέτυμμαι, ἐτετύμμην*.

(c.) Paulo-post-Futurum formatur a secunda persona singulari Perfecti Passivi, mutando αι in ομαι; ut *τέτυψαι, τετύψομαι*.

## AORISTUM PRIMUM PASS.

§ 49. Aoristum Primum Passivum formatur a tertia persona singulari Perfecti, mutando *αι* in *ην*, tenues in aspiratas, et detrahendo literam Reduplicationis; ut *τέτυπται, ἐτύφθην*.

## AORISTUM SECUNDUM ACT. MED. ET PASS.

§ 50. (a.) Aoristum Secundum Activum formatur a Præsente, mutando *ω* in *ον*, et præponendo Augmentum; sed a Præsentis fere antiquiore ac simpliciore forma, quæ *STIRPS* (Anglice *Stem*) appellatur; ut \**τύπ(ω)*, *Stirps* Verbi *τύπτω, ἔτυπον*.

(b.) Aoristum Secundum Medium formatur ab Aoristo Secundo Activo, mutando *ον* in *ομην*, ut *ἔτυπον, ἐτυπόμην*.

(c.) Aoristum Secundum Passivum formatur ab Aoristo Secundo Activo, mutando *ον* in *ην*, ut *ἔτυπον, ἐτύπην*.

## FUTURUM PRIMUM ET SECUNDUM PASS.

Futurum Primum et Secundum Passivum formantur ab Aoristis suis, mutando *ην* in *ησομαι* et abjiciendo Augmentum; ut *ἐτύφθην, τυφθήσομαι· ἐτύπην, τυπήσομαι*.

## PERFECTUM ET PLUSQU. MEDIUM SIVE SECUNDUM.

(a.) Perfectum Medium (quod rectius Perfectum Secundum appellatur) formatur a *Stirpe*, mutando *ω* in *α*, et præponendo Reduplicationem, sive Augmentum-pro-Reduplicatione; ut \**τύπ(ω)*, *Stirps* Verbi *τύπτω, τέτυπα*; \**βά(ω)*. *Stirps* Verbi *βαίνω εο, βέβασα*

Sed Vocales aliæ aliter plerumque mutantur; ut *ε* in *ο*, *α* in *η* vel *ο*, quarum exempla infra allata vide.

(b.) Plusquamperfectum Medium sive Secundum formatur a Perfecto suo, mutando *a* in *ειν*, et præponendo Augmentum; ut *τέτυπα, έτετύπειν*.

§ 51. DE STIRPE.

Antiquior forma, sive *Stirps*, Verborum penultimam plerumque brevem habet, et raro ultra duas syllabas extenditur; itaque tribus fere modis deprehendi potest:

(a.) Vel reducendo vocalem longam aut diphthongum penultimæ in vocalem brevem; sic reducitur

		Aor. 2.	Perf. Med.
<i>η</i> in <i>α</i> , ut <i>λήθω lateo</i>	in * <i>λάθ(ω)</i>	<i>έλαθον,</i>	<i>λέληθα</i>
<i>ι</i> in <i>ι</i> , ut <i>πνῖγω suffoco</i>	in * <i>πνῖγ(ω)</i>	<i>έπνῖγην</i>	
<i>αι</i> in <i>α</i> , ut <i>φαίνω ostendo</i>	in * <i>φάν(ω)</i>	<i>έφάνην,</i>	<i>πέφηνα</i>
<i>ει</i> in <i>ι</i> , ante mutam,			

ut *λείπω linquo* in \**λίπ(ω)* *έλιπον,* *λέλοιπα*

in *ε*, ante liquidam,

ut *σπείρω sero* \**σπέρ(ω)* *έσπάρην,* *έσπορα*

*ευ* in *υ*, ut *φεύγω fugio* in \**φύγ(ω)* *έφυγον,* *πέφευγα.*

(b.) Vel duarum consonantium abjiciendo posteriorem; mutando geminas *πτ*, item *σσ*, *ττ*, in cognatam Characteristicam ejusdem Conjugationis; et pro *ζ* reponendo aliquando *δ*, aliquando *γ*, vel *γγ*; sic

abjicitur	{	<i>λ</i> , ut <i>βάλλω jacio,</i>	* <i>βάλ(ω)</i>	<i>έβαλον</i>	* <i>βέβολα</i>
		<i>ν</i> , ut <i>κάμνω laboro,</i>	* <i>κάμ(ω)</i>	<i>έκαμον</i>	
		<i>τ</i> , ut <i>τίκτω pario,</i>	* <i>τέκ(ω)</i>	<i>έτεκον,</i>	<i>τέτοκα</i>
		<i>τύπτω verbero,</i>	* <i>τύπ(ω)</i>	<i>έτυπον</i>	
		<i>κλέπτω furor,</i>	* <i>κλέπ(ω)</i>	<i>έκλόπην</i>	* <i>κέκλοπα.</i>
<i>πτ</i> fit	{	<i>β</i> , ut <i>βλάπτω noceo,</i>	* <i>βλάβ(ω)</i>	<i>έβλάβην</i>	
		<i>φ</i> , ut <i>βάπτω tingo,</i>	* <i>βάφ(ω)</i>	<i>έβάφην</i>	
		<i>θάπτω sepelio,</i>	* <i>θάφ(ω)</i>	<i>έτάφην</i>	
		<i>θρύπτω frango</i>	* <i>θρύφ(ω)</i>	<i>έθρύφην</i>	

σσ, ττ, fit	{	κ, ut φρίσσω <i>horreo</i> , *φρίκ(ω) πέφρικα
		γ, ut πλήσσω <i>percutio</i> , *πλήγ(ω) ἐπλήγην, πέπληγα
		σφάττω <i>mactō</i> , *σφάγ(ω) ἐσφάγην
		τάσσω <i>ordino</i> , *τάγ(ω) ἐτάγην
		χ, ut ταράσσω <i>turbo</i> , *ταράχ(ω) (ταραχή).
ζ fit	{	δ, ut φράζω <i>dico</i> , *φράδ(ω) πέφραδον
		ὄζω <i>oleo</i> , ὄδωδα
		γ, ut κλάζω <i>sono</i> , *κλάγ(ω) ἔκλαγον, κέκληγα
		κράζω <i>clamo</i> , *κράγ(ω) ἔκραγον, κέκράγα
		τρίζω <i>strideo</i> , *τρίγ(ω) τέτριγα
		γγ, ut κλάζω <i>sono</i> , *κλάγγ(ω) κέκλαγγα
		σαλπίζω <i>buccino</i> , *σαλπίγγ(ω).

(c.) Vel ejiciendo penultimam syllabam insititiam; sic

ejicitur	{	α, ut μυκάομαι <i>tuigio</i> , *μύκ(ω) ἔμυκον, μέμυκα
		ε, ut γηθέω <i>gaudeo</i> , *γῆθ(ω) γέγηθα
		αν, ut ἀμαρτάνω <i>erro</i> , *ἀμάρτ(ω) ἤμαρτον
		αιν, ut ὀσφραίνομαι <i>odoror</i> , *ὀσφρ(ω) ὠσφρόμην
		νε, ut ἰκνέομαι <i>venio</i> , *ἰκ(ω) ἰκόμην
		ισκ, ut εὐρίσκω <i>invenio</i> , *εὐρ(ω) εὔρον.

(d.) Vel ejiciendo *αν* penultimam et ex antepenultima Consonantem; sic

ejicitur <sup>αυ</sup> et	{	ν, ut μανθάνω <i>disco</i> , *μαθ(ω) ἔμαθον
		μ pro ν, ut λαμβάνω <i>capio</i> , *λαβ(ω) ἔλαβον
		γ pro ν, ut λαγχάνω <i>sortior</i> , *ληχ(ω) ἔλαχον λέλογχα.

His multa alia addenda sunt.

#### VERBA IN MI.

§ 52. Verba in *μι* fiunt a Verbis Puræ Conjugationis in *ω*, mutando *ω* in *μι*, et producendo brevem penultimam, ut \*φᾶω, φημι *dico*: et plerumque Reduplicationem præfigendo, modo Stirps sit disyllaba, ut \*δόω *do*, διδομι.



Reduplicatio duplex est :

(a.) Propria, cum repetitur prima consonans Stirpis (vel, si sit aspirata, ejus tenuis), cum *ι* ; ut

\*δόω *δο*, δίδωμι ; \*θέω *πονο*, τίθημι.

(b.) Improperia, cum *ι* aspirata tantum præfigitur ; quod fit cum Verbum incipit vel a *στ*, *πτ*, ut \*στάω, ἴστημι ; \*πτᾶω, ἵπτᾶμαι *volo* ; vel ab aspirata vocali, ut \*ἔω, ἴημι *mitto*.

Quatuor sunt Conjugationes Verborum in *μι* :

Prima, in *ημι*, ab *αω*, ut ἴστημι, a \*στάω *statuo*.

Secunda, in *ημι*, ab *εω*, ut τίθημι a \*θέω *pono*.

Tertia, in *ωμι*, ab *οω*, ut δίδωμι a \*δόω *do*.

Quarta, in *υμι*, ab *υω*, ut δείκνυμι a δεικνῶ *ostendo*.

Verbis in *μι* tria ut plurimum sunt Tempora: Præsens, Imperfectum, et Aoristum Secundum. Cetera enim formantur a Verbis in *ω*, ut a \*δόω, Futurum δώσω, Perfectum δέδωκα, κ. τ. λ.

Etiam Aoristo Secundo carent Verba in *υμι*.



## § 53. PARADIGMA VOCIS ACTIVÆ.

### MODUS INDICATIVUS.

#### Præsens.

<i>Sing.</i>			<i>Dual.</i>		<i>Plur.</i>	
ἴστ-ημι,	ης,	ησι	ἄτον, ἄτου	ἄμεν, ἄτε,	(ἄᾱσι)	ἄσι
τίθ-ημι,	ης,	ησι	ετον, ετου	εμεν, ετε,	ἑᾱσι et εἶσι	
δίδ-ωμι,	ωσ,	ωσι	οτον, οτου	ομεν, οτε,	όᾱσι et οῦσι	
δείκν-υμι,	ῦσ,	ῦσι	ῦτον, ῦτου	ῦμεν, ῦτε,	ύᾱσι et ῦσι	

## Imperfectum.

<i>Sing.</i>			<i>Dual.</i>		<i>Plur.</i>		
ἴστ-ην,	ης,	η	ἄτην, ἄτην	ἄμεν,	ἄτε,	ασαν	
ἐτίθ-ην,	ης,	η	έτην, έτην	εμεν,	ετε,	εσαν	
ἐδίδ-ων,	ως,	ω	ότην, ότην	ομεν,	οτε,	οσαν	
ἐδείκν-ῦν,	ῦς,	ῦ	ὔτην, ὔτην	ὔμεν,	ὔτε,	ὔσαν.	

Verba τίθημι, δίδωμι, et his similia, Imperfectum, in Singulari numero, sæpius formant ex more Contracto-  
rum in έω, όω; ut

ἐτίθ-ουν, εις, ει; ἐδίδ-ουν, ους, ου.

## Aoristum Secundum.

<i>Sing.</i>			<i>Dual.</i>		<i>Plur.</i>		
ἔστ-ην,	ης,	η	ήτην, ήτην	ημεν,	ητε,	ησαν	
(ἔθ-ην,	ης,	η)	έτην, έτην	εμεν,	ετε,	εσαν	
(ἔδ-ων,	ως,	ω)	ότην, ότην	ομεν,	οτε,	οσαν.	

## MODUS IMPERATIVUS.

## Præsens.

	<i>Sing.</i>		<i>Dual.</i>		<i>Plur.</i>	
(ἴσταθι)	ἴστ-η,	ἄτω	ατον, άτων	ατε, άτωσησαν et άντων		
(τίθειτι)	τίθ-ει,	έτω	ετον, έτων	ετε, έτωσησαν et έντων		
(δίδοθι)	δίδ-ου,	ότω	οτον, ότων	οτε, ότωσησαν et όντων		
(δείκνῦθι)	δείκν-ῦ,	ὔτω	υτον, ὔτων	υτε, ὔτωσησαν et ὔντων.		

## Aoristum Secundum.

	<i>Sing.</i>		<i>Dual.</i>		<i>Plur.</i>	
στήθι,	στήτω	στήτου,	στήτων	στήτε, στήτωσησαν et στάντων		
θές,	θέτω	θέτου,	θέτων	θέτε, θέτωσησαν et θέντων		
δός,	δότη	δότην,	δότην	δότε, δότησωσησαν et δόντων.		



## MODUS CONJUNCTIVUS.

## Præsens.

<i>Sing.</i>		<i>Dual.</i>		<i>Plur.</i>		
ἴστ-ῶ,	ῆς,	ῆ	ῆτον, ῆτον	ῶμεν,	ῆτε,	ῶσι
τιθ-ῶ,	ῆς,	ῆ	ῆτον, ῆτον	ῶμεν,	ῆτε,	ῶσι
διδ-ῶ,	ῶς,	ῶ	ῶτον, ῶτον	ῶμεν,	ῶτε,	ῶσι.

δεικνύ-ω, ης, η, κ. τ. λ., ex Declinatione Verborum in ω.

## Aoristum Secundum.

<i>Sing.</i> 1. στῶ, στῆς, στῆ	2. θῶ, θῆς, θῆ	3. δῶ, δῶς, δῶ
<i>Dual.</i> 1. στῆτον, στῆτον	2. θῆτον, θῆτον	3. δῶτον, δῶτον
<i>Plur.</i> 1. στῶμεν, στῆτε,	2. θῶμεν, θῆτε,	3. δῶμεν, δῶτε,
στῶσι	θῶσι	δῶσι.

## MODUS OPTATIVUS.

## Præsens.

<i>Sing.</i>			<i>Dual.</i>		<i>Plur.</i>		
ἴστ-αίην,	αίης,	αίη	αίήτην,	αίήτην	αίημεν,	αίητε	
τιθ-είην,	είης,	είη	είήτην,	είήτην	είημεν,	είητε	αίεν
διδ-οίην	οίης,	οίη	οιήτην,	οιήτην	οίημεν,	οίητε	
et ῶην	ῶης,	ῶη	οίτην,	οίτην	οίμεν,	οίτε,	οίεν.

δεικνύ-οιμι, οἰς, οἰ, κ. τ. λ., ex Declinatione Verborum in ω.

## Aoristum Secundum.

1. σταί-ην, ης, η. 2. θεί-ην, ης, η. 3. δοί-ην et δῶ-ην, ης, η.

Et cetera ut Præsens; nisi quod contractæ formæ in Duali et Plurali rarius occurrunt.

## MODUS INFINITIVUS.

## Præsens.

1. ἰσᾶ́ναι.      2. τιθέ́ναι.      3. διδό́ναι.      4. δεικνύ́ναι.

## Aoristum Secundum.

1. στῆ́ναι.      2. θεί́ναι.      3. δοῦ́ναι.

## PARTICIPIA.

## Præsens.

N.	ἰστ-ᾶς,	ᾶσα,	ἄν	G.	ἄντος,	ᾶσης,	ἄντος
N.	τιθ-εῖς,	εῖσα,	ἐν	G.	έντος,	εῖσης,	έντος
N.	διδ-οὺς,	οὔσα,	ὄν	G.	όντος,	ούσης,	όντος
N.	δεικν-ῦς,	ῦσα,	ῦν	G.	ύντος,	ύσης,	ύντος.

## Aoristum Secundum,

1. στᾶ́ς, στᾶ́σα, στᾶ́ν. 2. θεί́ς, θεί́σα, θεί́ν. 3. δοῦ́ς, δοῦ́σα, δό́ν.

Et cetera ut Præsens.

Verbum ἵημι mitto eodem fere modo declinatur quo τίθημι; et φημί dico eodem modo quo ἴστημι.

## § 54. PARADIGMA VOCIS MEDIÆ ET PASSIVÆ.

## MODUS INDICATIVUS.

## Præsens.

Sing.	Dual.	Plur.
ἴσᾶ-μαι,   σαι,   ται	μεθον, σθον, σθον	μεθα, σθε, νται
τίθε-μαι,   σαι,   ται	μεθον, σθον, σθον	μεθα, σθε, νται
δίδο-μαι,   σαι,   ται	μεθον, σθον, σθον	μεθα, σθε, νται
δείκνῦ-μαι,   σαι,   ται	μεθον, σθον, σθον	μεθα, σθε, νται.

## Imperfectum.

<i>Sing.</i>	<i>Dual.</i>	<i>Plur.</i>
ἴστα-μην, σο (ἴστω),	το μεθον, σθην, σθην	μεθα, σθε, ντο
ἔτιθέ-μην, σο (ἔτίθου),	το μεθον, σθην, σθην	μεθα, σθε, ντο
ἔδιδό-μην, σο (ἔδίδου),	το μεθον, σθην, σθην	μεθα, σθε, ντο
ἔδεικνύ-μην, σο,	το μεθον, σθην, σθην	μεθα, σθε, ντο

## Aoristum Secundum MED.

1. \*ἔσταμην.    2. ἔθ-έμην, (εσο) ου, ετο.    3. ἔδ-όμην,  
(οσο) ου, οτο.

Et cetera ut Imperfectum.

## MODUS IMPERATIVUS.

## Præsens.

<i>Sing.</i>	<i>Dual.</i>	<i>Plur.</i>
ἴστα-σο (et ἴστω),	σθω σθον, σθων	σθε, σθωσαν et σθων
τίθε-σο (et τίθου),	σθω σθον, σθων	σθε, σθωσαν et σθων
δίδο-σο (et δίδου),	σθω σθον, σθων	σθε, σθωσαν et σθων
δείκνύ-σο	σθω σθον, σθων	σθε, σθωσαν et σθων.

## Aoristum Secundum MED.

1. †στάσο et στῶ, στάσθω.    2. (δέσο) δοῦ, δέσθω.  
3. (δόσο) δοῦ, δόσθω.

Et cetera ut Præsens.

## MODUS CONJUNCTIVUS.

## Præsens.

<i>Sing.</i>	<i>Dual.</i>	<i>Plur.</i>
ἴστ-ῶμαι, ἦ, ἦται	ῶμεθον, ἦσθον, ἦσθον	ῶμεθα, ἦσθε, ὦνται
τίθ-ῶμαι, ἦ, ἦται	ῶμεθον, ἦσθον, ἦσθον	ῶμεθα, ἦσθε, ὦνται
διδ-ῶμαι, ῶ, ὦται	ῶμεθον, ὦσθον, ὦσθον	ῶμεθα, ὦσθε, ὦνται.
δεικνύ-ωμαι, η, ηται,	ex Declinatione Verborum in ω.	

† Leguntur tantum in Compositis.

## Aoristum Secundum MED.

1. \*στῶμαι, στῆ, στῆται.      2. θῶμαι, θῆ, θῆται.  
3. δῶμαι, δῶ, δῶται.

Et cetera ut Præsens.

## MODUS OPTATIVUS.

## Præsens.

<i>Sing.</i>		<i>Dual.</i>	<i>Plur.</i>
ἵσταί-μην, ο, το	το	μεθον, σθην, σθην	μεθα, σθε, ντο
τιθεί-μην, ο, το	το	μεθον, σθην, σθην	μεθα, σθε, ντο
διδού-μην, ο, το	το	μεθον, σθην, σθην	μεθα, σθε, ντο.

δεικνυοί-μην, ο, το, κ.τ.λ. ex Declinatione Verborum in ω.

## Aoristum Secundum MED.

1. †σταί-μην, ο, το.      2. θεί-μην, ο, το.      3. δού-μην, ο, το.

Et cetera ut Præsens.

## MODUS INFINITIVUS.

## Præsens.

1. ἵστασθαι.      2. τίθεσθαι.      3. δίδοσθαι.      4. δεικνυσθαι.

## Aoristum Secundum MED.

1. †στάσθαι.      2. θέσθαι.      3. δόσθαι.

## PARTICIPIA.

Præsens.			Aoristum II. MED.		
1. ἱστάμεν-ος,	η,	ον	1. στάμενος,	η,	ον
2. τιθέμεν-ος,	η,	ον	2. θέμενος,	η,	ον
3. δίδόμεν-ος,	η,	ον	3. δόμενος,	η,	ον.
4. δεικνύμεν-ος,	η,	ον			

## § 55. TEMPORUM FORMATIO.

## PRÆSENS MED. et PASS.

Præsens Medium et Passivum formatur a Præsente Activo, mutando  $\mu$  in  $\mu\alpha\iota$ , et resumendo vocalem *Stirpis* brevem in penultima, ut  $\acute{\iota}\sigma\tau\eta\mu\iota$ ,  $\acute{\iota}\sigma\tau\alpha\mu\alpha\iota$ .

## IMPERFECTUM ACT. MED. ET PASS.

(a.) Imperfectum Activum formatur a Præsente, mutando  $\mu$  in  $\nu$ , et præponendo Augmentum; ut  $\tau\acute{\iota}\theta\eta\mu\iota$ ,  $\acute{\epsilon}\tau\acute{\iota}\theta\eta\nu$ .

(b.) Imperfectum Medium et Passivum formatur a Præsente suo, mutando  $\mu\alpha\iota$  in  $\mu\eta\nu$ , et præponendo Augmentum; ut  $\tau\acute{\iota}\theta\epsilon\mu\alpha\iota$ ,  $\acute{\epsilon}\tau\acute{\iota}\theta\acute{\epsilon}\mu\eta\nu$ .

## AORISTUM 2. ACT. ET MED.

(a.) Aoristum Secundum Activum formatur a Præsente, mutando  $\mu$  in  $\nu$ , præponendo Augmentum, et abjiciendo Reduplicationem; ut  $\tau\acute{\iota}\theta\eta\mu\iota$ ,  $\acute{\epsilon}\theta\eta\nu$ .

(b.) Aoristum Secundum Medium formatur a Præsente suo mutando  $\mu\alpha\iota$  in  $\mu\eta\nu$ , præponendo Augmentum, et abjiciendo Reduplicationem; ut  $\tau\acute{\iota}\theta\epsilon\mu\alpha\iota$ ,  $\acute{\epsilon}\theta\acute{\epsilon}\mu\eta\nu$ .

*Verborum in  $\mu$  Tempora Anomala.*

1. Duo verba,  $\tau\acute{\iota}\theta\eta\mu\iota$  et  $\acute{\iota}\eta\mu\iota$ , vocalem  $\eta$  Futuri penultimam in Perfecto mutant in  $\epsilon\iota$ ; ut  $\delta\acute{\eta}\sigma\omega$ ,  $\tau\acute{\epsilon}\theta\epsilon\iota\kappa\alpha$ ,  $\tau\acute{\epsilon}\theta\epsilon\iota\mu\alpha\iota$ ;  $\acute{\eta}\sigma\omega$ ,  $\acute{\epsilon}\iota\kappa\alpha$ ,  $\acute{\epsilon}\iota\mu\alpha\iota$ .

2. A Perfectis Activis  $\acute{\epsilon}\sigma\tau\eta\kappa\alpha$ ,  $\delta\acute{\epsilon}\delta\omega\kappa\alpha$ , anomale formata sunt Perfecta Passiva  $\acute{\epsilon}\sigma\tau\alpha\mu\alpha\iota$ ,  $\delta\acute{\epsilon}\delta\omicron\mu\alpha\iota$ ; et inde Aorista Prima  $\acute{\epsilon}\sigma\tau\acute{\alpha}\theta\eta\nu$ ,  $\acute{\epsilon}\delta\acute{\omicron}\theta\eta\nu$ , sicut  $\acute{\epsilon}\tau\acute{\epsilon}\theta\eta\nu$  et  $\acute{\epsilon}\theta\eta\nu$ , penultima correpta.

## § 56. Cognata Tempora in Voce Activa.

	Indicat.	Imperat.	Conjunct.	Optat.	Infin.	Particip.
Præs.	ἴστημι	ἴστη	ἴσῳ	ἴσταίνην	ἴσῆσθαι	ἴσῶς
Imperf.	ἴσστην	στήθι	σῶ	σταίνην	σῆσαι	σῶς
Aor. 2.	ἔστην	τίθει	τιθῶ	τιθειήην	τιθῆναι	τιθειῖς
Præs.	τίθημι	θῆς	θῶ	θειήην	θειῆναι	θειῖς
Imperf.	ἐτίθειν	δίδου	δίδῳ	διδόην	διδόναι	διδούς
Aor. 2.	(ἔθην)	δος	δῶ	δοίην	δοῦναι	δούς
Præs.	δίδωμι	δείκνυ	δεικνύω	δεικνύοιμι	δεικνύναι	δεικνύς
Imperf.	ἐδίδων					
Aor. 2.	(ἔδων)					
Præs.	δείκνυμι					
Imperf.	ἐδείκνυν					

*Reliqua Tempora a Verbis in ω.*

Fut.	στήσω	Aor. 1.	ἔστησα	Perf.	ἔστηκα	Plur.	εἰστήκειν
	θήσω		ἔθηκα		τέθεικα		ἔτεθεικεν
	δώσω		ἔδωκα		δέδωκα		ἔδεδώκεν
	δείξω		ἔδειξα		δέδειχα		ἔδεδείχεν

## Cognata Tempora in Voce Media et Passiva.

	Indicat.	Imper.	Conjunct.	Optat.	Infm.	Particip.
Præs.	ἴσταμαι	ἴτασο	ἰστώμαι	ἰσταίμην	ἴστασθαι	ἰστάμενος
Imperf.	ἰσάμην	[et ἴσω]	* στώμαι	* σταίμην	* στάσθαι	* στάμενος
Aor. 2.	* ἕσάμην	* στῶ	τιθῶμαι	τιθείμην	τίθεσθαι	τιθέμενος
Præs.	τίθεμαι	τίθεσο	θῶμαι	θείμην	θέσθαι	θέμενος
Imperf.	ἐπιθέμην	[et τίθου]	διδῶμαι	διδόμην	δίδοσθαι	διδόμενος
Aor. 2.	ἐθέμην	δοῦ	διδῶμαι	διδόμην	δίδοσθαι	διδόμενος
Præs.	δίδομαι	δίδοσο	δώμαι	δοίμην	δόσθαι	δόμενος
Imperf.	ἐδιδόμην	[et δίδου]	δεικνύμαι	δεικνυίμην	δείκνυσθαι	δεικνύμενος
Aor. 2.	ἐδόμην	δοῦ	δεικνύμαι	δεικνυίμην	δείκνυσθαι	δεικνύμενος
Præs.	δείκνυμαι	δείκνυσο				
Imperf.	ἐδεικνυίμην					

E

## Reliqua Tempora a Verbis in ω.

## In Voce Media.

## In Voce Passiva.

Fut. στήσομαι	Aor. 1. ἐστήσαμην	Perf. ἕσταμαι	P.P.Perf. ἐστάμην	Aor. 1. ἐστάθην	Fut. σταθήσομαι
θήσομαι	* ἕθηκάμην	τέθειμαι	ἐπεθείμην	ἐπέθην	τεθήσομαι
δώσομαι	* ἕδωκάμην	δέδομαι	ἐδέδομην	ἐδόθην	δοθήσομαι
δείξομαι	ἐδειξάμην	δέδειγμα	ἐδεδείμην	ἐδείχθην	δειχθήσομαι.



## § 57. VERBUM εἶμι ἰβο.

## INDICATIVUS.

Præsens cum significatione Futuri.

	<i>Sing.</i>		<i>Dual.</i>		<i>Plur.</i>
εἶμι,	εἶ,	εἶσι	ἴτον,	ἴτον	ἴμεν, ἴτε, ἴασι.

## Imperfectum.

	<i>Sing.</i>		<i>Dual.</i>		<i>Plur.</i>
ἦεν, et ἦα,	ἦεις, ἦει	ἦει	ἦείτην, ἦήτην	ἦήτην, ἦήτην	ἦειμεν, ἦεῖτε, ἦεσαν ἦμεν, ἦτε.

## IMPERATIVUS.

	<i>Sing.</i>		<i>Dual.</i>		<i>Plur.</i>
ἴθι,	ἴτω	ἴτον,	ἴτων	ἴτε,	ἴτωσαν vel ἴόντων.

CONJUNCTIVUS. ἴω, ἴης, ἴη, κ. τ. λ.

OPTATIVUS. ἴοιμι, ἴοις, ἴοι, κ. τ. λ.


INFINITIVUS. ἰέναι.

PARTICIPIIUM. ἰὼν, ἰούσα, ἰόν.

*Accurate inter se distinguenda sunt*

Indic.	Imperat.	Conj.	Opt.	Inf.	Part.
εἶμι sum ἦν	ἴσθι	ᾧ	εἴην	εἶναι	ὄν
εἶμι ἰβο ἦεν	ἴθι	ἴω	ἴοιμι	ἰέναι	ἰὼν
ἴημι mitto ἴεν	ἴει A. 2. * ἐς	ἴω * ᾧ	ἰείτην * εἴην	ἰέναι * εἶναι	ἰεῖς * εἶς

§ 58. *Temporum Derivationis Conspectus.*



# SYNTAXIS, SIVE SENTENTIARUM CONSTRUCTIO.

---

## PARS I.

### DE SENTENTIA SIMPLICI.

---

#### § 59. EXCURSIO PRÆFATORIA.

SYNTAXIS constructionem Sententiarum docet.

Sententiæ simplicissimæ, sive Propositionis, tria membra sunt :

1. *Subjectum*, sc. id de quo prædicatur aliquid.
2. *Prædicatum*, sc. id quod prædicatur de Subjecto.
3. *Copula*, sc. id quod, Subjectum cum Prædicato copulans, sententiam effingit.

(1.) Subjectum erit vel Substantivum vel quicquid Substantivi vim habere potest : ut, ἄνθρωπος *homo* ; ἐγὼ *ego* ; Γαλάτης *Gallus* ; ἀμαρτάνειν *errare* ; σύ *tu*.

(2.) Prædicatum, quum secernitur a Copula, vel Substantivum erit, vel Adjectivum, vel Participium, vel Pronomen Adjectivum : ut, ζῶον *animal* ; θνητὸς *mortalis* ; νενικημένος *victus* ; ἡμέτερος *nos-ter* ; vel Præpositio cum casu, quod Nomini æquipollet : ut, ἀνευ ἀμαρτιῶν *sine vitiis* ; ἀντὶ ὑπάτου *pro consule*.

(3.) Copula, quum secernitur a Prædicato, plerumque forma aliqua finita est Verbi εἰμί *sum*.

*Propositionum Exempla.*

Subjectum.	Copula.	Prædicatum.
1. ἄνθρωποι <i>homines</i>	εἰσι <i>sunt</i>	ζῶα <i>animalia.</i>
2. ἐγώ <i>ego</i>	εἰμι <i>sum</i>	θνητός. <i>mortalis.</i>
3. Γαλάται <i>Galli</i>	ἦσαν <i>erant</i>	νεκικημένοι <i>victi.</i>
4. ἁμαρτάνειν <i>errare</i>	ἐστὶν <i>est</i>	ἡμέτερον <i>nostrum.</i>
5. σὺ <i>tu</i>	εἶ <i>es</i>	ἀντὶ ὑπάτου <i>pro consule.</i>

Sed plerumque Prædicatum et Copula in Verbum finitum coalescunt : ut,

Subjectum.	Prædicatum cum Copula.
1. ἐγώ <i>ego</i>	μανθάν-ω <i>disco.</i>
2. ἄνθρωποι <i>homines</i>	πνέ-ουσι <i>spirant.</i>

Ubi vera Prædicata sunt Stirpes Verborum (μανθαν- sive μαθ-, πνε-), Copulæ autem sunt Terminationes (-ω, -ουσι). Quum Subjectum a Terminatione cognoscitur, nudum Verbum pro Sententia est : itaque Cæsaris epistola illa, — ἦλθον, εἶδον, ἐνίκησα, *veni, vidi, vici*, — ut tribus Verbis, ita tribus Sententiis consistit.

a. Adjectivum sine Copula adhærens Substantivo attribui vel *Attributum* esse dicitur. Itaque in illo, — ἀνὴρ ἀγαθός ἐπαινεῖται *vir bonus laudatur*, ἀγαθός *Attributum* est : in illo autem, — ὁ ἀνὴρ ἀγαθός ἐστι *vir bonus est*, — ἀγαθός *Prædicatum* est.

b. *Infinītæ* Verbi formæ sunt *Infinitivus* et *Participium* : ceteræ *Finitæ*.

c. *Objectum* est id in quod actio dirigitur ; ut in illo, — οἱ γονεῖς φιλοῦσι τὰ τέκνα *parentes amant liberos*, — *Objectum* est τὰ τέκνα *liberos*. Interdum bina sunt *Objecta*, *propius* et *remotius* : ut in illo, — ὁ πατὴρ τῷ υἱῷ βιβλίον δίδωσι *pater librum filio dat*, — βιβλίον *librum* *propius* *Objectum* est, τῷ υἱῷ *filio*, *remotius*.

d. Verba *Copulativa* vocantur, quæ Subjectum cum Nominali Prædicato copulant. Quorum præcipuum est εἰμί *sum* ; cetera

sunt γίγνομαι, φῦμι, πέλω, κυρῶ, ὑπάρχω, τυγχάνω, ἀκούω, κλύω, δοκῶ, φαίνομαι, et Passiva *faciendi, nominandi, declarandi, eligendi, existimandi, noscendi, reperiendi, ostendendi, &c.* ; ut καθίσταμαι, ποιούμαι, καλοῦμαι, ὀνομάζομαι, λέγομαι, ἀποδείκνυμαι, κηρύσσομαι, νομίζομαι, κρίνομαι, ὁμολογοῦμαι, γνωρίζομαι, εὑρίσκομαι, ἀποφαίνομαι, δηλοῦμαι, δῆλός εἰμι, παρέχομαι, cum multis aliis.

## CONCORDANTIA.

§ 60. A. I. Adjectiva, Participia, et Pronomina, cum Substantivis suis genere, numero, et casu concordant : ut,

Οὐδεὶς οἰχομένοις τοῖς χρήμασιν εἰσιν ἑταῖρος.  
*Nullus ad amissas ibit amicus ὄρες.*

a. Substantivum per ellipsin intelligitur : ut,

Τὸν πόνον οἱ πλεῖστοι φεύγουσι.  
*Laborem plerique fugiunt. (Supple ἄνθρωποι homines.)*

b. Neutra Adjectiva Substantivorum vice funguntur : ut,

Πάντων ὁ θάνατός ἐστιν ὕστατον (vel τὸ ὕστατον).  
*Omnium rerum mors est extremum.*

§ 61. II. Verbum finitum cum Nominativo concordat numero et persona : ut,

Πᾶσαι αἱ ἀμαρτίαι πρὸς φύσιν μάχονται.  
*Omnia vitia contra naturam pugnant.*

a. \* Neutra Pluralia gaudent Verbo Singulari : ut,

Πάντα τὰ ἀμαρτήματα πρὸς φύσιν μάχεται.  
*Omnia vitiose facta contra naturam pugnant.*

b. \* Nominativo Duali jungi potest Verbum Plurale : ut,

Τῷ δὲ τάχ' ἐγγύθεν ἦλθον.  
*Illi duo celeriter appropinquavere.*

c. Aliquando Infinitivus, vel Locutio aliqua, pro Nominativo ponitur : ut,

Οὐκ ἐμὸν γέ ἐστι ψεύδεσθαι (vel τὸ ψεύδεσθαι).

*Non est mentiri meum.*

\* Ἀδηλόν ἐστιν ὅσον χρόνον ἔσται ὁ βίος.

*Incertum est quam longa vita futura sit.*

d. Nominativus Pronominum raro exprimitur : ut,

Τό γε μὴ θεμιτὸν σπεύδομεν αἰεὶ ζητεῖν, τὰ τ' ἄθικτα ποθοῦμεν.

*Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata.*

Nisi distinctioni vel emphasi inserviat : ut,

Ἐγὼ μὲν βασιλείας ἐξέβαλον, ὑμεῖς δὲ τυράννους ἐπάγεσθε.

*Ego reges ejeci; vos tyrannos introducitis.*

e. Impersonalia Nominativum non habent expressum : ut,

\* Ἀπαρέσκει αὐτῷ καὶ σφόδρα μεταμέλει.

*Tædet ipsum vehementerque pœnitet.*

f. Personæ Verbi εἰμί sum sæpe intelliguntur : ut,

Οὐδὲν ἀγαθὸν ὃ τι μὴ καλόν.

*Nihil bonum nisi quod honestum. (Supple ἐστὶ est.)*

g. Infinitivus Accusativo postponitur, præcedente Verbo finito : ut,

Τὸν Ὅμηρον φασιν ἀλαὸν γενέσθαι.

*Aiunt Homerum cæcum fuisse.*

§ 62. III. Relativum cum Antecedente concordat genere, numero, et persona: casu autem construitur cum sua sententia: ut,

Ἡδίστη ἐστὶν αὕτη ἢ φιλία, ἣν ἢ τῶν τρόπων ὁμοιότης συνέξευξεν.

*Ea est jucundissima amicitia, quam similitudo morum conjugavit.*

§ 63. B. 1. Substantivum, forma sed non sensu singulare, sæpe habet Verbum, Adjectivum, vel Relativum plurale: ut,



Ἡ τῶν Τεγεατῶν νεότης βοηθοῦσι βραδεῖς.  
*Subeunt Tegeæa juventus auxilio tardi.*

2. Duo vel plura Nomina singularia habent plerumque Verbum, Adjectivum, vel Relativum plurale : ut,

Φαρμάκῳ ἐφθάρησαν ὃ τε Ἀννίβας καὶ ὁ Φιλοποίμην.

*Veneno absumpti sunt Hannibal et Philopæmen.*

a. Verbum plurale cum Nominativo dignioris personæ, Adjectivum vero vel Relativum cum Substantivo dignioris generis, fere concordat.

b. Prima persona dignior est quam secunda, secunda quam tertia : ut,

Εἰ σύ τε καὶ Τυλλία εὖ ἔχετε, ἐγὼ καὶ Κικέρων εὖ ἔχομεν.

*Si tu et Tullia valetis, ego et Cicero valemus.*

c. In rebus animatis dignius est masculinum genus quam femininum : ut,

Ὁ τε πατήρ ἐμοὶ καὶ ἡ μήτηρ τετελευτηκότες εἰσί.

*Pater mihi et mater mortui sunt.*

d. In rebus inanimis Adjectivum vel Relativum sæpissime erit in neutro genere : ut,

Πλοῦτος, τιμὴ, κλέος, προκείμενά ἐστιν ὑμῖν.

*Divitiæ, decus, gloria, in oculis sita sunt.*

§ 64. 3. Verba Copulativa, εἰμί *sum*, γίγνομαι *fit*, δοκῶ *videor*, καλοῦμαι *vocor*, cum similibus, sive finiti modi, sive infiniti, eundem habent utrinque casum : ut,

Συλλαβὴ μακρὰ βραχεῖα προστεθεῖσα καλεῖται Ἰαμβός.

*Syllaba longa brevi subjecta vocatur Iambus.*

Παῖς τεκμηρίοισι δήλοισ βασιλικὸς γνωρίζομαι.

*Regius agnoscor per rata signa puer.*

Ἐξεστίν ὑμῖν ὀλβίοις εἶναι.

*Vobis licet esse beatis.*



a. Verbum, inter duos Nominativos positum, interdum cum posteriore solo concordat : ut,

Αἱ τῶν ἐρώτων ἔριδες ἔρωτος ἀνανέωσις ἐστὶ.

*Amantium iræ amoris integratio est.*

b. Relativum, inter duo Substantiva ejusdem rei collocatum, cum posteriore solo sæpe concordat : ut,

Θῆβαι, ὃ τῆς Βοιωτίας ἐστὶ μέγιστον ἄστυ.

*Thebæ quod Bœotici caput est.*

4. Substantivo, Pronomini, et interdum Sententiæ, apponi potest Substantivum ejusdem rei in eodem casu : ut,

Κακῶν ἀφορμὴ πλοῦτος ἐξορύσσεται.

*Effodiuntur opes, irritamenta malorum.*

Ἡμεῖς οἱ ὑπατοὶ ἐλλείπομεν.

*Nos consules desumus.*

Φροντιζέτω ῥήτορα παιδεύεσθαι, πρᾶγμα χαλεπόν.

*Cogitet oratorem institui, rem arduam.*

5. Cum duo Substantiva diversarum rerum concurrunt, alterum in Genitivo ponitur : ut,

Ὑπὸ σκιᾷ φηγοῦ κλιθεῖς.

*Recubans sub tegmine fagi.*

---

## CASUS.

### VOCATIVUS.

§ 65. C. I. Vocativus, Appellati casus, regitur ab Interjectione vel expressa vel intellecta : ut,

Παῖ ᾧ vel ὦ παῖ.

*Fili vel O fili.*

a. Nominativus pro Vocativo ponitur aliquando : ut,

Ὁ παῖς ἀκολούθει.

*Sequere me, puer.*

### ACCUSATIVUS.

§ 66. II. Accusativus est Casus Propioris Objecti.

1. Verba Transitive regunt Accusativum propioris Objecti : ut,

Στύγει τὰς ἡδονάς.

*Sperne voluptates.*

a. Quod in Passiva sententia fit Subjectum : ut,

Ἰπὸ σου στυγείσθων αἱ ἡδοναί.

*A te spernantur voluptates.*

2. Verba Transitive, quæ in voce Passiva Copulativa fiunt, duplicem habent Accusativum, unum Objectivum, alterum Prædicativum : ut,

Τὸν Κικέρωνα ὁ λαὸς ὑπατον ἀπέδειξεν.

*Ciceronem populus consulem declaravit.*

a. Quod Passive reddideris : ut,

Ὁ Κικέρων ὑπὸ τοῦ λαῶ ὑπατος ἀπεδείχθη.

*Cicero a populo consul declaratus est.*

3. Verba quædam, præsertim *rogandi, docendi, celandi, induendi, auferendi, bene vel male faciendi et dicendi\**, duplicem habent Accusativum : ut,

Εἰρήνην σε πάντες αἰτούμεν.

*Pacem te poscimus omnes.*

Τί σε, ὦ ὄνε, γράμματα διδάξω ;

*Quid nunc te, asine, literas doceam ?*

Τί ἀγαθὸν ἐργάση σαυτὸν ;

*Quid boni tibi ipsi efficies ?*

a. Plurima ex his in Passiva voce retinent Accusativum rei :  
ut,

Τὰς κινήσεις διδασκομένη τὰς Ἴωνικὰς ἠδεται.

*Motus doceri gaudet Ionicos.*

4. Quodvis fere Verbum Accusativum admittit suæ  
operationis : ut,

Χαλεπήν δουλεύει δουλείαν.

*Duram servit servitutum.*

Λεύσσει φονίου δέργμα δράκοντος.

*Vultum habet cruenti draconis.*

a. \* Itaque quodvis fere Verbum Transitivum duplicem admittit  
Accusativum, unum operationis suæ, alterum propioris Objecti :  
ut,

Ἐχθαίρει με μέγα ἔχθος.

*Magno me odio insectatur.*

\* Quorum ille manet in Passiva : ut,

Ἐχθαίρομαι ὑπ' αὐτοῦ μέγα ἔχθος.

*Magno odio sum isti.*

b. \* Huc refer multa quæ Adverbialiter poni videntur : ut,  
κακὸν ὄζειν male olere, δριμύ βλέπειν torve speculari, μεγάλα βλέπτειν  
*multum lædere, &c.*

5. Accusativus Respectus subjicitur tum Verbis  
Neutris et Passivis, tum Adjectivis : ut,

Οὔασι πάλλει καὶ γυῖα τρέμει.

*Micat auribus et tremit artus.*

Ἄπαλὰς παρειὰς πᾶσα τέγγεται ῥόδῳ.

*Inficitur teneras tota rubore genas.*

Γυμναὶ εἰσι τὰς ὠλένας.

*Nudæ sunt brachia.*

a. \* Huc refer multas Adverbiales formulas : ut, τί quare ?  
ἀρχὴν ὀμπνιο, χάριν causa, εἰκην ritu, καιρὸν opportune, τὸ λοιπὸν  
*posthac, τὸ σύμπαν ὀμπνιο, τὸ ἐναντίον contra, &c.*

6. Accusativus Durationem Spatii et Temporis significat: ut,

Ἀπεῖχον Ἀμάνου ἡμέρας ὀδόν.  
*Aberam ab Amano iter unius diei.*

Περικλῆς ἐν Ἀθήναις ἠγείτο τεσσαράκοντα ἔτη.  
*Pericles quadraginta annos præfuit Athenis.*

a. \* Huc refer multas Adverbiales formulas: ut, *μακρὰν longe, τὴν ταχίστην promptissime, τὴν ἄλλως frustra, similia, omissa ὀδόν.*

### DATIVUS.

§ 67. III. \* Dativus apud Græcos latius patet quam apud Latinos: Casus est enim non solum ejus cujus causa est actio, qui Dativus Commodi dicitur, vel cui intenditur, qui est Dativus Remotioris Objecti; sed ejus etiam quod comitatur et definit actionem, ut Causæ, Modi, Instrumenti, Temporis, Loci, similium; interdum, ut Latine, ipsius Agentis.

1. Omnia fere Adjectiva et Verba, item Adverbia et Substantiva, regunt Dativum cujus causa est aut fit aliquid: ut,

Οὐχ ἡμῖν μόνον πλούσιοι εἶναι βουλόμεθα.  
*Non solum nobis divites esse volumus.*

Ἔμοιγε ἐκεῖ οὔτε σπεύρουσιν οὔτ' ἀμῶσιν.  
*Mihi istic nec seritur nec metitur.*

Ὁ Νούμας ἐξελέξατο παρθένους τῇ Ἑστία.  
*Numa virgines Vestæ legit.*

a. Ita εἰμί, ὑπάρχω, γίγνομαι, possessive significantia, Dativum possidentis habent: ut,

Ἔστι μοι εἰν οἴκοισι πατήρ.  
*Est mihi namque domi pater.*

b. \* Huc refertur Dativus ethicus sive relationis, qui multus est apud Græcos : ut,

Καίτοι σ' ἐγὼ τίμησα τοῖς φρονοῦσιν εὔ.  
*Attamen te honoravi sapientium judicio.*

2. Dativum regunt plurima Adjectiva, Adverbia, et Verba, interdum etiam Substantiva, a quibus indicatur

<i>Commodum, communicatio,</i>	<i>Traditio, venia, demonstratio,</i>
<i>Comparatio, consecratio,</i>	<i>Promissio, fides, et narratio,</i>
<i>Congruentia, consuetudo,</i>	<i>Obsequium, imperium,</i>
<i>Auxilium et aptitudo,</i>	<i>Et quicquid his contrarium :</i>
<i>Benignitas, vicinitas,</i>	<i>Cum χρώμαι et παραινέω,</i>
<i>Jucunditas, affinitas,</i>	<i>"Ἐπομαι, ἀκολουθέω : ut,</i>

Ἐπιτήδειος ἔστω τῇ πατρίδι, χρήσιμος τοῖς ἀγροῖς.  
*Patriæ sit idoneus, utilis agris.*

Τῷ ῥήτορι παραπλήσιός ἐστιν ὁ ποιητής  
*Est finitimus oratori poeta.*

Βιωτέον ἐστὶ συμφώνως τῇ φύσει.  
*Congruenter naturæ vivendum est.*

Ἡμῖν ὁ δαίμων ἐγγυᾶ σωτηρίαν.  
*Nobis spondet fortuna salutem.*

Ὅργίζομαί σοι.  
*Irascor tibi.*

Παῖ καλλίμορφε, χρωτὶ μὴ λίαν πίθη.  
*O formose puer, nimium ne crede colori*

Συγγνώθί μοι.  
*Ignosce mihi.*

Ἡ πόλεων ἐπιμιξία πόλεσιν.  
*Urbium cum urbibus commercium.*

a. Ἄρεσκω *placeo* tam Accusativum quam Dativum regit: ὠφελίῳ ἵνω, εὐφραίνῳ *delecto*, cum aliis, Accusativum capiunt: *imperandi* Verba plurima, ut ἄρχῳ, δεσπόζῳ, κρατέῳ, Genitivum.

3. Dativus Agentis sequitur Verbalia in τέος et τός, item Verba et Participia Passiva: ut,

Κεῖνος τῶν ἀγαθῶν πολλοῖς τέθηκε δακρυτός.  
*Multis illis bonis flebilis occidit.*

Ἵπολείπεται ὁ Χρέμης ὃς ἐμοὶ παραμυθητέος ἐστί.  
*Restat Chremes qui mihi exorandus est.*

Ταῦτα ἡμῖν πέπρακται.  
*Hæc a nobis acta sunt.*

4. Adjectiva, Verba, et aliquando Substantiva, admittunt \* Dativum significantem causam, vel instrumentum, vel modum, vel mensuram, vel limitationem qualemcunque: ut,

᾽Ωμοῖσι Διδῶ φρενομανῆς βουλεύμασι.  
*Cæptis immanibus effera Dido.*

Μισοῦσ' ἀμαρτεῖν οἱ κακοὶ ποίνης φόβῳ.  
*Oderunt peccare mali formidine pænæ.*

Λόγχαισιν οἱ μὲν, οἱ δ' ἀμύνονται λίθοις.  
*Hi jaculis, illi certant defendere saxis.*

Κραυγῇ ἐπήεσαν.  
*Cum clamore irruerunt.*

Ἐνιαυτῷ πρεσβύτερος.  
*Anno senior.*

Πολλῷ μείζων.  
*Multo major.*

5. \* Dativus significat Tempus in quo fit actio: ut,

Τῇ ἐπιούσῃ νυκτὶ ἐσήμηνεν.  
*Sequenti nocte classicum cecinit.*



6. \* Dativus Loci sine Præpositione rarior est: ut,  
 Σοῖς ὅταν στῶσιw τάφοις.  
*Quum tuo adstiterint sepulcro.*

a. \* Huc refer Adverbiales formulas, quales sunt, ταύτη, τῆδε, hac via; ἧ, ἧπερ, qua; ἄλλη alia via; κύκλω circiter; οἶκοι domi; Ἀθήνησιw Athenis, &c.

## GENITIVUS.

§ 68. IV. \* Genitivus latius patet quam apud Latinos: non solum enim Subjectivam et Objectivam vim habet, sed etiam Separationem et Respectum indicat.

Genitivus Subjectivus et Genitivus Objectivus inter se discernendi sunt.

A. Subjectivus: ut,

Τὸ τῶν ἀνθρώπων δέος.

*Hominum timor.* (Scil. *timor quo homines timent.*)

B. Objectivus: ut,

Δέος θανάτου.

*Timor mortis.* (Scil. *timor quo mors timetur.*)

Interdum uterque Genitivus ab eodem Substantivo pendet: ut,

Τὸ τῶν ἀνθρώπων δέος τοῦ θανάτου.

*Hominum timor mortis.* (Scil. *timor quo homines mortem timent.*)

### (1) Genitivus Subjectivus.

Genitivus Subjectivus est in primis Auctoris et Possessoris: item Qualitatis, Definitionis, Distributionis.

1. Genitivus Auctoris et Possessoris sequitur omnia fere Substantiva, necnon Verba Copulativa: ut,

Αἱ ἐκάστων εὐπορίαι πλοῦτός ἐστι τῆς πόλεως.

*Singulorum opes sunt divitiæ civitatis.*

Ἄσα τῆς γυναικὸς ἦν ἅπαντα γίνεται τοῦ ἀνδρός.

*Omnia, quæ mulieris fuerunt, viri fiunt.*



a. Huc referuntur Genitivi Qualitatis et Definitionis : ut,

Ἐλευθέρας προσόψεως αἰδοῦς τ' ἐλευθέρας παῖς.  
*Ingenui vultus puer ingenuique pudoris.*

Τὸ τεῖχος σταδίων ἦν ὄκτω.

*Murus erat octo stadiorum.*

b. Ἔστι impersonale præponitur Genitivo, si intelligitur *indoles*, *indicium*, *munus*, aut *officium* : ut,

Ἔστι κακοῦ φωτὸς ψεύδεσιν ἐξαπατᾶν.

*Improbi hominis est mendacio fallere.*

c. Fit etiam ellipsis aliorum Nominum ante Genitivum : ut,

Ἡ τοῦ Γλαυκοῦ Δηϊφόβη vel Γλαυκοῦ Δηϊφόβη.

*Deiphobe Glauci.* (Supple *θυγάτηρ filia.*)

Ἐν Ἀλκιβιάδου. (Supple *οἴκῳ.*)

*Domus Alcibiadis.*

2. Vocabula Partitiva, Numeralia, Comparativa et Superlativa, regunt Genitivum rei distributæ.

Not.— Adjectivum vel Pronomen plerumque erit in eodem genere cum Genitivo : Genitivus erit in Plurali Numero, nisi sit Nomen Collectivum : ut,

Τῶν δένδρων τούτων πολλὰ τῇ ἐμῇ χειρὶ ἐσπάρη.

*Multæ harum arborum mea manu sunt satæ.*

Ἐκατέρῳ ὑμῶν ἡδομαι.

*Utroque vestrum delector.*

Ὁ Σύλλας εἴκοσι καὶ ἑκατὸν τῶν στρατιωτῶν ἀπό-  
λεσε.

*Sulla centum viginti suorum amisit.*

Τῶν Γαλατῶν ἀλκιμώτατοί εἰσιν οἱ Βέλγαι.

*Gallorum fortissimi sunt Belgæ.*

Οὐδεὶς βροτῶν ἐν παντὶ σωφρονεῖ χρόνῳ.

*Nemo mortalium omnibus horis sapit.*

Τῆς γῆς ἡ ἀρίστη.

*Solum feracissimum.*

3. Quantitatem significantia Substantiva et Adverbia, item Neutra Adjectiva et Pronomina, regunt Genitivum rei demensæ : ut,

Τῆς μὲν δεινότητος ἄλλης, τῆς δὲ φρονήσεως ὀλίγου.  
*Satis eloquentiæ, sapientiæ parum.*

Διασώζει τι τῆς προτέρας ἰσχυος.  
*Aliquid pristini roboris conservat.*

Ὅσον ἀργυρίου, τοσοῦτο καὶ πίστews.  
*Quantum nummorum, tantum fidei.*

a. \* Idem Genitivus sequitur Vocabula quævis *participandi, communicandi, potiendi, gustandi*, omnia denique, quæcunque vim continent partitivam : ut,

Πολλάκις οἱ κακοὶ ἀρχῶν μετέχουσιν.  
*Mali sæpe magistratum sunt participes.*

Πίνω τοῦ οἴνου.  
*Vini nonnihil bibo.*

Τῆς γῆς ἔτεμον.  
*Partem regionis devastarunt.*

b. \* Partitive explicantur Genitivi Temporis et Loci : ut,

Ἄνθη θάλλει τοῦ ἤρος.  
*Flores vere vigent.*

Βασιλεὺς οὐ μαχεῖται δέκα ἡμερῶν.  
*Rex intra decem dies non pugnabit.*

Ἰζε τοίχου τοῦ ἐτέρου.  
*Sedebat ad alterum parietem.*

c. Et post Adverbia : ut,

Ὅψε τῆς ἡμέρας  
*Sero diei.*

Ἄπανταχοῦ γῆς.  
*Ubique gentium.*

Πόρρω τῆς ἡλικίας  
*Provectæ ætatis.*

## (2) Genitivus Objectivus.

1. Genitivum Objectivum regunt multa Substantiva, in quibus transitiva quædam vis est; ut,

Θυμῶ τῆς ἐμπέφυκε γνώσεως πόθος.

*Institus est menti cognitionis amor.*

2. Ex Adjectivis quæ Genitivum sumunt Objectivum sunt Verbalia multa, præsertim quæ exeunt in *μων* et *κός*, et Composita cum *ἀ* privativa; necnon Adjectiva significantia

*Notitiam, curam, desiderium,*

Et quicquid his contrarium: ut,

Συγγνώμων τῶν ἀμαρτημάτων.

*Peccatis qui ignoscit.*

Ἡδονὴ ἐστὶ λύπης παρασκευαστική.

*Voluptas est doloris efficiens.*

Ἀθέατος τῆς ἀληθείας.

*Incapax videndæ veritatis.*

Θυμὸς τῶν μὲν ἀλλοτρίων δυσέρως, τῶν δὲ ἰδίων ἀφειδής.

*Animus alieni appetens, sui profusus.*

Τὸν ἀμνήμονα εὐεργεσίας πάντες μισοῦσι.

*Omnes immemorem beneficii oderunt.*

3. \* Genitivum Objecti regunt Verba permulta, in primis, *curandi, cupiendi, negligendi, ordiendi,prehendendi, aggrediendi, consequendi, sentiendi, reminiscendi, obliviscendi, similia*: ut,

Τί βαιὸν ἐντρέπει τῆς συμμάχου;

*Cur parum revereris sociam tuam?*

Τοῦ ἔργου ἐχώμεθα.

*Opus aggrediamur.*

Θνητοῦ μὲν σώματος τυγχάνομεν, ἀθανάτου δὲ ψυχῆς  
*Corpus mortale possidemus, animum immortalem.*

Αἰσθάνομαι ψόφου.

*Audio sonum.*

a. Verba *videndi* malunt Accusativum : ut,

Ὅρῶ τὸν ἄνδρα.

*Video virum.*

b. \* Verba *audiendi* nunc Accusativum, nunc Genitivum sumunt ;  
 vel, ut alia quædam Verba, Genitivum personæ, cum Accusativo  
 rei : ut,

Ἀμείλικτον δ' ὄπ' ἄκουσαν.

*Vocem auclierunt insuavem.*

Νέος ὦν ἀκούειν τῶν γεραιτέρων θέλει.

*Qui juvenis es, velis audire seniores.*

Ἐγὼ πέπυσμαι ταῦτα τῶν σάφ' εἰδότων.

*Hæc ego a probe callentibus audivi.*

c. \* Impersonalia μέλει *curæ est*, μεταμέλει *pœnitet*, Dativum ca-  
 piunt personæ, cum Genitivo rei : ut,

Τί ἡμῖν τῆς τῶν πολλῶν δόξης μέλει ;

*Quid nostra refert opinio plebis ?*

Τῇ πόλει μετεμέλησε τῶν κρίσεων.

*Civitatem judiciorum pœnituit.*

d. \* Similiter construitur δεῖ *opus est*, cum Compositis ; sed δεῖ et  
 χρῆ *oportet*, Accusativum cum Infinitivo malunt : ut,

Δεῖ ἐκάστη τέχνη ἄλλης τέχνης.

*Artes singulæ alius artis indigent.*

Δεῖ ἡμᾶς ἀπιέναι.

*Oportet nos abire.*

Χρῆ σε λέγειν.

*Oportet te dicere.*

e. \* Huc refer locutiones πολλοῦ δεῖ *multum abest quin*, ὀλίγου δεῖ  
*parum abest quin*, &c.

4. Genitivum Materiæ regunt Adjectiva et Verba *abundandi et egendi, implendi et privandi*: ut,

Κῶμαι μεσταὶ σίτου καὶ οἴνου.

*Pagi abundantes pane et vino.*

Σπανίζει χρήματων.

*Indiget pecuniâ.*

Ἐγέμισε τὴν ναῦν ξύλων.

*Navem materia implevit.*

Ὁφθαλμῶν ἤμερσε.

*Oculis eum privavit.*

a. Genitivus Pretii huc referri potest: ut,

Πόσου διδάσκει; — Πέντε μνῶν.

*Quanti docet? — Quinque minis.*

### (3) Genitivus Separationis.

1. \* Genitivus Separationis sequitur Vocabula *separandi, discedendi, cessandi, nascendi, similia*: ut,

Τηλόθι πάτρης.

*Procul a patria.*

Ἐπαύσατο τῆς ὀργῆς.

*Ab ira cessavit.*

### (4) Genitivus Respectus.

1. \* Genitivus Respectus sequitur Verba ἔχω, ἤκω, cum Adverbiis εἶ, κακῶς, μετρίως, ὡς, aliis: ut,

Μετρίως ἔχω τοῦ βίου.

*Victus habeo quod satis sit.*

Ὡς ποδῶν εἶχον.

*Quantum pedibus valebant.*

a. \* Interdum Adjectiva cum *ἀ* privativa composita: ut,

\* Ἀχαλκος ἀσπίδων.

*Sine aereis clypeis.*

b. \* Huc pertinet Genitivus partis affectæ : ut,

Κατεάγη τῆς κεφαλῆς.

*Caput ei deminutum est.*

2. Genitivus \* Comparationis regitur a Comparativis sive Adjectivis, sive Adverbiis : ut,

Θάνατον ὀνειδούς εὐχερέστερον λέγω.

*Puto mortem dedecore leviozem.*

a. \* Et a multis Verbis et Adjectivis in quibus latet Comparativa vis : qualia sunt *superandi, dominandi, cedendi*, cum multis aliis : ut,

Οὐδενὸς δευτερός ἐστι.

*Nulli est inferior.*

Ὁ λόγος τοῦ ἔργου ἐκράτει.

*Fama rem superabat.*

3. Genitivus Causalis sequitur quodvis fere Verbum vel Adjectivum, quasi omissa Præpositione ἔνεκα : ut,

Ἐμακάριζε τὸν νεανίαν τοῦ θανάτου.

*Laudabat leti juvenem. (Lat. Gramm. § 142.)*

Δείλαιε τοῦ νοῦ τῆς τε συμφορᾶς ἴσον.

*O pariter miser ob animum et calamitatem.*

a. Præsertim Vocabula *accusandi, citandi, absolvendi, damnandi, puniendi*, similibus : ut,

Διώξομαί σε δειλίας.

*Timiditatis reum te faciam.*

Φεύγει κλοπῆς.

*Accusatur furti.*

b. Genitivus Causalis in exclamationibus usurpatur, vel cum Interjectione vel sine Interjectione : ut,

Οἱ μοι ἐμῆς ἄτης.

*Heu meam calamitatem.*

Τῆς τύχης.

*O fortunam.*



## \* ARTICULUS.

§ 69. (1) Articulus ὁ, ἡ, τό, antiquitus erat Pronomen, ut apud Homerum,—

Ἄλλὰ τὰ μὲν πολίων ἐξεπράθομεν, τὰ δέδασται.

*Sed quæ ex urbibus spolia cepimus, ea distributa sunt.*

a. Apud Atticos etiam vim servat Pronominis Demonstrativi, præsertim in partitionibus, et cum particulis μὲν, δέ, γάρ : ut,

Ἡ τοῖσιν ἢ τοῖς πόλεμον αἰρεσθαί με δεῖ.

*Vel cum his, vel cum illis bellum suscipere me oportet.*

Ὁ μὲν γὰρ οὕτως, ἡ δὲ τοι κύνου δίκην.

*Ille enim sic (perit), hæc autem cyni ritu.*

b. Aliquando Relativi : ut,

Σόφισμα τῷ νιν αὐτίχ' αἰρήσειν δοκῶ.

*Dolus quo mihi mox illum capturus videor.*

c. Etiam ὅς, ἥ, vetustior Articuli forma, quam communem habuit cum Relativo, mansit in quibusdam formulis : ut, ἦ δ' ὅς, dixit ille ; καὶ οἱ ἠρώτων, et illi interrogabant.

(2) Articulus Nominibus præponitur in primis distinctionis, repetitionis, aut abstractionis causa :

1. Distinctionis causa : ut,

Ὁ βασιλεύς.

*Rex ille magnus (sc. Persarum).*

a. Sic Apposito Nomini præponitur : ut,

Σωκράτης ὁ φιλόσοφος.

*Socrates ille philosophus.*

b. Articulus cum distinctione positus vice Possessivi Pronominis sæpe fungitur : ut,

Τυραννίδα ἔχετε τὴν ἀρχήν.

*Ut tyrannidem habetis vestrum imperium.*



2. Repetitionis causa: ut,

Δουλεύομεν Θεοῖς, ὃ τι ποτ' εἰσὶν οἱ Θεοί.  
*Diis servimus, quicquid tandem sunt isti dii.*

3. Abstractionis causa: ut,

Ἡ φιλοσοφία *philosophia* (sc. omne id quod *philosophiam* dicimus).

Ὁ ἄνθρωπος, sc. vel “is quem a ceteris hominibus distinguimus (*the man*);” vel “id quod abstractum a ceteris animalibus, hominem appellamus (*man*).”

a. Hinc Distributioni inservit Articulus: ut,

Τρεῖς τοῦ μηνός.  
*Ter singulis mensibus.*

b. Quum Locī Nomini proprio commune Nomen apponitur, plerumque hoc repudiat, illud sumit Articulum; interdum (si genere discrepant) sumunt ambo: ut, Ὁ Εὐφράτης ποταμός, *flumen Euphrates*; ἡ Βόλβη λίμνη, *lacus Bolbe*; ἡ Μένδη πόλις, *urbs Mende*; ἡ Λήκυθος τὸ φρούριον, *arx Lecythus*.

c. Multis locis vel importes Articulum vel omittas pro lubitu: ut,

Ἔαρ (vel τὸ ἔαρ) ὑπέφαιεν.  
*Ver appetebat.*

Ἀνθρώπου ψυχὴ (vel ἡ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ) τοῦ Θεοῦ μετέχει.  
*Animus humanus divinæ naturæ particeps est.*

(3) 1. Subjectum sententiæ, si ita opus est, Articulus distinguit a Prædicato: ut,

Νύξ ἡ ἡμέρα ἐγένετο.  
*Dies factus est nox.*

Θεὸς ἦν ὁ Λόγος.  
*Verbum erat Deus.*

(“*The Word was God.*”)

2. Sed omittitur Articulus, si inter duo Substantiva ea necessitudo est, ut alterum de altero prædicari possit: ut,

Οὕτω σωφροσύνη οὐκ ἂν εἴη αἰδώς.

*Ita prudentia non idem erit ac verecundia.*

3. Si Nomen Articulum habet cum Attributo, necesse est immediate præcedat Articulus Attributo: ita dicas eodem plane sensu

Ὁ μέγας βασιλεύς.	} <i>Magnus ille rex.</i>
Βασιλεὺς ὁ μέγας.	
Ὁ βασιλεὺς ὁ μέγας.	

4. Quæ si alio ordine collocaveris, Attributum in Prædicatum vertitur: ut,

Ὁ βασιλεὺς μέγας vel μέγας ὁ βασιλεὺς (sc. ἐστι).  
*Magnus est ille rex.*

Οὐ γὰρ βάνουσον τὴν τέχνην ἐκτησάμην (sc. οὔσαν).  
*Non enim sordida illa ars est, quam sortitus sum.*

a. Hujusmodi Prædicatis multis utuntur Græci: ut,

Τῆς τύχης εὐδαίμονος λάχοιτε.

*Fortuna qua utemini felix sit.*

(*May you have happy fortune.*)

Ἡ κόρη καλοὺς ἔχει τοὺς ὀφθαλμούς.

*Puella pulcros habet oculos.*

(*The girl has beautiful eyes.*)

Ἦσαν τὸ τεῖχος ὑψηλόν.

*Murum ita erexerunt ut altus esset.*

Οἱ φιλόσοφοι αὐτόματοι ἐμφύονται.

*Philosophi sponte innascuntur.*

5. Alia ratio est Pronominum οὗτος, ὅδε, ἐκεῖνος, item Pronominalium πᾶς, ἐκάτερος, ἀμφοτέρως, ἄμφω, quibus quasi apponuntur Substantiva cum Articulo: ut,

οὗτοι	} οἱ ἄνθρωποι, vel οἱ ἄνθρωποι	οὗτοι.
οἷδε		οἷδε.
ἐκεῖνοι		ἐκεῖνοι.
πάντες		πάντες.
ἐκάτεροι		ἐκάτεροι.
ἄμφότεροι		ἄμφότεροι.
ἄμφω		ἄμφω.

Similiter usurpantur ἄκρος, μέσος, ὄλος, ἡμισυς, ἔσχατος.

6. Ita Pronomini αὐτὸς ipse apponitur Substantivum, plerumque cum Articulo: ut,

Αὐτὸς ὁ στρατηγός, vel ὁ στρατηγὸς αὐτός, *dux ipse.*

Sic αὐτὸς ἔφη, *ipse dixit* (ubi supple ἐκεῖνος ille).

a. Αὐτός, præcedente Articulo, significat *idem*: ut,

Ὁ αὐτὸς (vel αὐτός) λόγος, *idem sermo.*

Τοῦ αὐτοῦ (vel ταυτοῦ) λόγου, *ejusdem sermonis.*

Τὰ αὐτὰ (vel ταυτὰ) ῥήματα, *eadem verba.*

b. Pronominis αὐτὸς Casus Obliqui pro Demonstrativis etiam usurpari possunt: ut, αὐτοῦ, αὐτῆς, *ejus*, αὐτῶν, *eorum*, &c.; Nominativi non item.

7. In multis locutionibus Articulus præpositus sensum mutat: ut,

Ἄλλοι, *alii*; οἱ ἄλλοι, *ceteri.*

Ἐτεροι, *diversi*; οἱ ἕτεροι, *pars altera.*

Πολλοὶ, *multi*; οἱ πολλοὶ, *pars major*, plebs.

Ὀλίγοι, *pauci*; οἱ ὀλίγοι, *pars minor*, optimates.

8. Multos etiam efficit idiotismos: ut,

Ὁ Διὸς, *Jovis filius*; οἱ ἀμφὶ Πλάτωνα, *discipuli Platonis*, vel *Plato cum discipulis*; τὰ τῶν θεῶν, *res divinæ*; ὁ πρὸ τοῦ χρόνος, *prius tempus*; τὸ πρῶτον, *primo*, τὸ τρίτον, *tertio*; τὸ παράπαν, *omnino*; ἐν τοῖς πρῶτος, *in primis*, &c.

## (4) Articulus præpositus efficit

1. Ut Infinitivus pro Substantivo sit: ut,

Τὸ φρονεῖν, *sapientia*; τοῦ φρονεῖν, *sapientia*, &c.

2. Ut Adjectivum vel Participium neutrale pro Substantivo sit: ut,

Τὸ ἐμὸν πρόθυμον, *mea alacritas*.Τὸ ἐκείνου βουλόμενον, *ejus voluntas*.

3. Ut Adverbium pro Adjectivo sit: ut,

Οἱ πάλαι (ἄνθρωποι), *antiqui homines*;Τὰ ἔξω (πράγματα), *res externæ*.

4. Ut Participium Relativæ sententiæ vim habeat: ut,

Ὁ διδάσκων = ἐκεῖνος ὃς διδάσκει, *is qui docet*;vel ὅστις διδάσκει, *quisquis docet*.

(5) Quæ inter Articulum et Substantivum ejus media sunt omnia Substantivi notionem complent: ita fieri potest ut duo vel plures Articuli concurrant: ut,

Ἡ {τῶν [τοὺς (τῆς ἡμετέρας πόλεως) νόμους] θέντων} ἀρετή.

*Virtus eorum qui civitatis nostræ leges tulerunt.*

Τὸ [τὴν (τοῦ βελτίονος) δόξαν] μὴ φοβεῖσθαι.

*Viri melioris opinionem non metuere.*(6) Ubi nos Articulum indefinitum (*a, an*) usurpamus, Græci vel omittunt Articulum vel Pronomen *τις* inferunt: ut,

Ἄνῆρ τις λέοντος σκύμνον ἔτρεφε.

*Vir aliquis leonis catulum alebat.*

“A man reared a lion's cub.”

## VERBI

## TEMPORA, VOCES, ET MODI.

§ 70. I. Omnis Actio in Tempore ponitur, vel Præsenti, vel Præterito, vel Futuro: ita vero, ut vel altera temporali relatione careat, vel habeat alteram relationem temporalem.

A. Tempora Verbalia, quæ altera temporali relatione carent (Aorista, Indefinita, sive Absoluta), sunt:

- (a.) Præsens Aoristum γράφω Ang. *I write*.  
 (b.) Præteritum Aoristum ἔγραψα — *I wrote*.  
 (c.) Futurum Aoristum γράψω — *I shall write*.

B. Tempora Verbalia, quæ habent alteram relationem temporalem (Relativa), sunt:

- (a) Præ- { (1) Præsenti, γράφω (= γράφων εἰμί) — *I am writing*.  
 sens cum { (2) Præterita, ἔγραφα — *I have written*.  
 Relatione { (3) Futura, γράψειν μέλλω — *I am about to write*.
- (b) Præte- { (1) Præsenti, ἔγραφον — *I was writing*.  
 ritum cum { (2) Præterita, ἔγεγράφειν — *I had written*.  
 Relatione { (3) Futura, γράψειν ἔμελλον — *I was about to write*.
- (c) Futu- } (1) Præsenti, γράψω (= γράφων ἔσομαι) — *I shall be writing*.  
 rum cum } (2) Præterita, γεγραφῶς ἔσομαι — *I shall have written*.  
 Relatione } (3) Futura, γράψειν μελλήσω — *I shall be about to write*.

a. Præsens historice usurpatur, ut apud Latinos: ut,

Οἱ πολέμιοι, ὡς εἶδον αὐτούς, ἀντιπορεύονται.  
*Hostes, visis iis, incedunt ab adversa parte.*

b. Aoristum eleganter exprimit ea quæ fieri solent, vel quæ celeriter fiunt: ut,

Πολλὰ ἀνθρώποις παρὰ γνώμην ἔπεσεν.  
*Multa hominibus præter opinionem accidere solent.*

Ἦσθην ἀπειλαῖς, ἐγέλασα ψολοκομπίαις.  
*Oblector minis tuis, ampullis irrideo.*

c. Imperfectum ea exprimit, quæ vel fiebant, vel fieri solebant, vel in eo erant ut fierent: ut,

Ἔθυε, "he was sacrificing," vel "he used to sacrifice," vel "he was on the point of sacrificing."

d. Perfecta quædam Præsentem vim habent: quod ubi fit, Plusquamperfectum vice fungitur Imperfecti: ut,

Οἶδα, scio, ᾔδη, sciebam.

Δέδοικα, metuo, ἔδεδοίκειν, metuebam.

e. \*Præsentia pauca Perfectam vim habent; quod ubi fit, Imperfectum vice fungitur Plusquamperfecti: ut,

Ἦκω, veni; ἤκον, veneram:

Οἶχομαι, abii; ᾤχόμην, abieram.

f. \*Perfecti periphrasis fit interdum per ἔχω et Participium Aoristi: ut,

Γράψας ἔχει, "he hath written."

g. \*Futuri periphrasis fit per μέλλω et Infinitivum; ut,

Μέλλω γράφειν, γράψειν, γράψαι, scripturus sum.

II. Accusativus Activi Verbi fit Passivi Nominativus; Activi Nominativus fit in Passiva sententia Genitivus post Præpositionem: ut,

Ὁ κύων τὸν δεσπότην φιλεῖ.

Canis amat dominum.

Ὁ δεσπότης φιλεῖται ὑπὸ τοῦ κυνός.

A cane amatur dominus.

De Vocis Mediæ vi, cf. § 30.

a. In Verbis quibusdam transitivis Aoristum Secundum et Perfectum Activum vim habent intransitivam: ut,

Ἰστημι, statuo; ἔστην, steti; ἔστηκα, sto.

b. Activa Verba multa Futurum habent formæ Mediæ cum vi Activa: ut,

Ἀκούω, audio, ἀκούσομαι, audiam.



c. Interdum Futurum Medium vim capit Passivam : ut,

Ἄδικέω, *injuria afficio* ; ἀδικήσομαι, *injuria afficiar*.

d. Verba Media, præsertim Deponentia, Perfectum capiunt plerumque formæ Passivæ cum vi Media : nonnunquam etiam Aoristum : ut,

Διανοόμαι, *in animo habeo* ; διανενόημαι, *διενοήθην, in animo habui*.

III. A. Potentialis Particula ἄν (Homerice κε) Verbo addita, significat aliquid posse vel potuisse fieri, quum ad conditionem aliquam spectet, vel expressam vel suppressam.

1. Optativo cuius jungitur, præterquam Futuri : ut,

Ποιοίην ἄν ταῦτα, ποιήσαιμ' ἄν ταῦτα, *hæc facerem*.

Ita pro Imperativo cum comitate ponitur : ut,

Λέγοις ἄν, *loquere, si placet*.

2. Indicativo jungitur Temporum Historicorum : ut,

Ἐπόλουν ἄν ταῦτα, ἐπόησα ἄν ταῦτα, *hæc fecissem, vel interdum, iterata occasione faciebam*.

3. Infinitivus vel Participium cum ἄν idem sæpe valet ac Verbum finitum præcedente ὅτι, ὡς, &c. : ut,

Εἶπε ποιεῖν ἄν (vel ποιῆσαι ἄν) ταῦτα, *dixit se facturum fore hæc = εἶπεν ὅτι ποιόη (vel ποιήσειεν) ἄν*.

Εἶπε ποιῆσαι ἄν ταῦτα, *dixit se facturum fuisse hæc = εἶπεν ὅτι ἐπόησεν ἄν*.

Ἴσθι ἔμε ποιοῦντα ἄν ταῦτα, *scito me facturum fore hæc = ἴσθι ὅτι ποιοίην ἄν*.

Ἴσθι ἔμε ποιήσαντα ἄν ταῦτα, *scito me facturum fuisse hæc = ἴσθι ὅτι ἐπόησα ἄν*.



4. Ἄν, cum Relativo vel Relativa Particula composita, Subjunctivum semper regit: ut, ὅς ἂν λέγῃ, *quicumque dicat*; ὅταν λέγῃ, *quandocumque dicat*; ἐὰν (quæ contrahitur in ἦν et in ἄν) λέγῃ, *si dicat*, &c.

B. Ex Modis, Indicativus, absque Particula, enuntiat absolute: Imperativus imperat vel hortatur; Coniunctivus (qui et Subjunctivus dicitur) et Optativus sensum habent conditionalem.

1. Optativus, vel sine Particula, vel post εἰ γὰρ, εἴθε, ὡς, ab Optante adhibetur: ut,

Ἔλθοι, vel εἰ γὰρ ἔλθοι, vel εἴθε ἔλθοι, *utinam veniat*.

2. Optata ad præteritum refert vel Indicativus post εἴθε, εἰ γὰρ, vel ὄφελον, εἴθ' ὄφελον, εἰ γὰρ ὄφελον, ὡς ὄφελον, cum Infinitivo: ut,

Εἴθ' ἦλθεν, vel ὄφελεν ἔλθεῖν, vel εἴθ' ὄφελεν ἔλθεῖν, &c. *utinam venisset*.

3. \* Interrogatio vel Indicativum admittit, vel Coniunctivum sine ἂν, vel Optativum cum ἂν plerumque, rarius sine ἄν: ut,

Τί δράσομεν; *quid faciemus?*

Τί δράσωμεν; *quid faciamus?*

Τί ἂν δράσαιμεν; *quid faceremus vel faciamus?*

rarius, Τί δράσαιμεν; *quid facere possemus?*

4. Infinitivus Verbis, Participiis, Adjectivis, et Substantivis adjicitur.

5. Participium est Verbale Adjectivum, eosdem cum Verbo regens Casus.

PARS II.  
DE SENTENTIA COMPOSITA.

PRÆFATIO.

§ 71. 1. Eadem fere divisio est Sententiarum Compositarum, eademque Orationis Obliquæ ratio apud Græcos quæ apud Latinos: sed apud hos major est Relativi vis, apud illos Infinitivi et Participii. (Vid. Gramm. Lat. § 180.)

2. In Sententiis Compositis et in Oratione Obliqua, ubi Temporibus Primariis subordinatur Subjunctivus, Historicis Optativus subjicitur: ut,

Γράφω, γράψω, γέγραφα ἵνα εἰδῆς.  
Scribo, scribam, scripsi ut scias.

\*Ἐγγραφον, ἔγραψα, ἐγεγράφειν ἵνα εἰδείης.  
Scribebam, scripsi, scripseram ut scires.

Sed ab hac regula sæpe deflectunt scriptores.

SENTENTIÆ SUBSTANTIVALES.

§ 72. A. Enuntiatio Obliqua.

1. Verbis Copulativis et Impersonalibus, necnon *sentiendi* et *declarandi* formulis jungitur vel Infinitivus post Accusativum vel Indicativus post ὅτι, ὡς, quod, ὅτι οὐ, ὡς οὐ, quod non:

Φησὶ Ξενοφάνης οἰκεῖσθαι τὴν σελήνην, vel  
ὅτι οἰκεῖται ἡ σελήνη.

*Xenophanes ait lunam habitari.*

a. \* Interdum Optativus post Historicum Tempus : ut,

"Ελεγον ὅτι Ἀρίαιος πεφευγώς εἶη.

*Dicebant fugisse Ariæum.*

## B. Petitio Obliqua.

1. *Optandi, rogandi, hortandi, imperandi, permittendi, curandi, enitendi, efficiendi*, similibusque formulis additur interdum Infinitivus, interdum ὅπως, ὅπως μὴ, sequente vel Indicativo Futuri, vel Subjunctivo, vel Optativo : ut,

Δέομαί σου εὖ φρονεῖν.

Δέομαί σου ὅπως εὖ φρονήσεις.

Δέομαί σου ὅπως εὖ φρονῆς.

*Oro te sapere, vel oro ut sapias.*

Ἐδέομην σου εὖ φρονεῖν.

Ἐδέομην σου ὅπως εὖ φρονοίης.

*Orabam te sapere, vel orabam ut saperes.*

Φρόντιζε ὅπως μὴ ληρήσεις.

*Cave ne nugeris.*

a. Excidit aliquando Verbum : ut,

Ἄλλ' ὅπως μὴ ληρήσεις.

*Sed cave ne nugeris.*

## C. Interrogatio Obliqua.

1. Pronominibus et Particulis interrogandi, subordinate positis, additur vel Indicativus vel Optativus pro re nata : ut,

Οὐκ οἶδα ὅστις ἐστί.

*Nescio quis sit.*

Οὐκ ἤδη ὅστις εἶη.

*Nesciebam quis esset.*

a. Pronomina et Particulæ, quæ oblique interrogant, sunt ὅστις, ὁποῖος, ὅποσος, ὅπότερος, ὅπως, ὅποτε, ὅπόθεν, ὅπηνίκα, similia :

sed oblique etiam usurpantur Interrogativa simplicia τίς, ποῖος, πόσος, πότερος, πῶς, πότε, πότεν, πηνίκα, κ.τ.λ., necnon etiam Relativa ὅς, οἷος, ὅσος, ὡς, ὅτε, ὅθεν, ἡνίκα, κ.τ.λ.

## SENTENTIÆ ADVERBIALES.

### § 73. A. Consecutivæ Sententiæ.

1. Ὡστε, ὥστε μὴ, cum Infinitivo ponuntur, in consecutione indeterminata : ὥστε, ὥστε οὐ, cum Verbo finito, in consecutione determinata : ut,

Τοιοῦτοὶ εἰσιν ὥστε ἀργύριον λαμβάνειν.

*Ii sunt qui pecuniam accipere velint.*

Τοιοῦτοὶ εἰσιν ὥστε ἀργύριον λαμβανουσιν.

*Tales sunt ut pecuniam accipiant.*

### B. Finales Sententiæ.

1. Ἴνα, ὡς, ὅπως, ὅφρα, ut, μὴ, ne, ἵνα μὴ, ὡς μὴ, ὅπως μὴ, ὅφρα μὴ, ut ne, Subjunctivum regunt post Tempus Primarium ; Optativum plerumque, post Tempus Historicum : ut,

Τὸν κακὸν δεῖ κολάζειν ἵν' ἀμείνων ᾗ.

*Improbum punire oportet, quo melior fiat.*

Μὴ φθόνει τοῖς εὐτυχούσι, μὴ δοκῆς εἶναι κακός.

*Ne invide felicibus, ne malus esse videaris.*

Πολλά με διδάσκεις ὅπως μηδὲ ἐν μάθῳ.

*Multas res me doces, ut ne unam quidem discam.*

a. \* Usurpantur ἵνα, ὡς, ὅπως, cum Indicativo Temporis Historici post Tempus Historicum, ut designetur id, quod fieri potuisset, sed effectum non est : ut,

Φεῦ φεῦ τὸ μὴ τὰ πράγματα ἄνθρώποις ἔχειν

φωνήν, ἵν' ᾗσαν μηδὲν οἱ δεινοὶ λόγοι.

*Dolendum erat quod res hominibus loqui non possent : ut nihili habita essent verba magnifica.*

## C. Causales Sententiæ.

1. Ὅτι, διότι, *quod, quia, ὅτι, διότι οὐ, quod non, quia non, ὡς, ἐπεὶ, ἐπειδὴ, quoniam, ὡς, ἐπεὶ, ἐπειδὴ οὐ, quoniam non*, Indicativum regunt: ut,

Σιγῶσιν ὅτι κίνδυνον φοβοῦνται.

*Tacent quia periculum metuant.*

Nisi in Oratione Obliqua opus sit Optativo.

D. Temporales Sententiæ. Ὅτε, ὁπότε, ὡς, ἡνίκα, *quum, quando, ἔως, ἔστε, μέχρι οὐ, donec, &c., ἐπεὶ, ἐπειδὴ, postquam, πρὶν, antequam, aliæ*, Conjunctiones Temporis sunt.

1. Cum Indicativo plerumque construuntur: ut,

Ἔως ἐστὶ καιρὸς, ἀντιλάβεσθε τῶν πραγμάτων.

*Donec tempus sinit, rebus gerendis incumbite.*

2. \* Cum Optativo ponuntur in Oratione Frequentativa vel Obliqua, post Tempus Historicum: ut,

Ὅποτ' εἶ πρόσσοι πόλις, ἔχαιρε.

*Quoties prosperæ essent res civitatis, gaudebat.*

3. \* Cum ἂν compositæ Subjunctivum semper regunt, post Tempus Primarium: ut,

Μαινόμεθα πάντες ὁπότεν ὀργιζόμεθα.

*Insanimus omnes quum irascimur.*

4. \* Et sæpe sine ἂν: ut,

Ἔσπεισται μέχρι οὐ ἐπανέλθωσιν οἱ πρέσβεις.

*Induciæ factæ sunt usque eo dum redeant legati.*

5. \* Πρὶν Indicativum post se habet in re certa et præterita (*until*): ut,

Οὐ πρότερον ἐπαύσαντο πρὶν ἐξέβαλον αὐτοὺς ἐκ τῆς χώρας.

*Non ante destitere quam eos e terra expulissent.*

Ἐφρων νέος τ' ἦν πρὶν τὰ πράγματα ἔγγύθεν  
Σκοπῶν ἐσεῖδον.

*Inspiciens et juvenis eram antequam res propius inspexissem.*

6. \* Πρὶν Infinitivum capit post enuntiationem affirmativam rei futuræ vel generalis: ut,

Πρὶν μὲν πεινῆν ἐσθίεις, πρὶν δὲ διψῆν πίνεις.  
*Ante edis quam esuris; ante bibis quam sitis.*

7. \* Si Negatio præcedit, πρὶν Optativum capit post Tempus Historicum, πρὶν ἂν Subjunctivum post Tempus Primarium: ut,

Ἐπειθον μὴ ποιεῖσθαι μάχην πρὶν οἱ Θηβαῖοι παραγένοιντο.

*Dissuadebant iis ne ante pugnarent quam in acie essent Thebani.*

Μὴ κρῖνε πρὶν ἂν μάθης.  
*Ne statuas ante quam didiceris.*

8. \* Hinc etiam ἂν excidit: ut,

Οὐ χρὴ ἀρχῆς ἄλλης ὀρέγεσθαι πρὶν ἢν ἔχομεν βεβαιωσώμεθα.

*Aliud imperium non est appetendum ante quam quod habemus stabiliverimus.*

## E. Conditionales Sententiæ.

1. Conditionalis Sententiæ altera clausula, quæ εἰ, εἰ μὴ, εἰ μὴ, &c., nisi, cum Verbo habet, *Protasis* appellatur, altera quæ vel Indicativum, vel Imperativum, vel ἂν cum Optativo, *Apodosis*. In qua notandæ sunt hæ Varietates:



(1) Quia fit Protasis, fit Apodosis :

Ἐἴ τι ἀμαρτάνεις, ἀλγείς, *si quid peccas, doles.*

(2) Quia fieri potest Protasis, fieri potest Apodosis :

Ἐάν τι ἀμάρτης, ἀλγήσεις, *si quid peccaveris, dolebis.*

(3) Quia fieri fingitur Protasis, fingitur Apodosis :

Ἐἴ τι ἀμαρτάνοις, ἀλγοίης ἄν, *si quid pecces, doleas,*  
*vel si quid peccares, doleres.*

(4) Quia fieri non posse, vel facta non esse, videtur Protasis; fieri non posse, vel facta non esse, videtur Apodosis : ut,

(a) Ἐἴ τι ἡμάρτανες, ἤλγεις ἄν = *si quid peccares, doleres.\**

(b) Ἐἴ τι ἡμαρτες, ἤλγησας ἄν = *si quid peccasses, doluisses.*

a. Quæ formulæ Conditionales, in Orationem Obliquam transpositæ, fiunt

(1) Λέγω σε, εἴ τι ἀμαρτάνεις, ἀλγείν.

Οἶδά σε, εἴ τι ἀμαρτάνεις, ἀλγοῦντα.

(2) Λέγω σε, ἐάν τι ἀμάρτης, ἀλγήσειν.

Οἶδά σε, ἐάν τι ἀμάρτης, ἀλγήσουντα.

(3) Λέγω σε, εἴ τι ἀμαρτάνοις, ἀλγείν ἄν. (Inf. Pres.)

Οἶδά σε, εἴ τι ἀμαρτάνοις, ἀλγοῦντ' ἄν. (Part. Pres.)

\* Meminerint tirones hanc sententiam ad verbum expressam ita sonare : “ had you been sinning you would have been grieving ” = “ were you a sinner, you would (now) grieve.” Sed in Conditionibus Imperfectum sæpissime durationem rei præteritæ significat : ut,

Ἄγαμέμνων οὐκ ἂν νήσων ἐκράτει, εἰ μή τι ναυτικὸν εἶχεν.

“ Agamemnon insularum non esset potitus, nisi navium aliquantum habuisset.”



(4) α. Λέγω σε, εἴ τι ἡμάρτανες, ἀλγεῖν ἄν. (Inf. Impf.)  
 Οἰδά σε, εἴ τι ἡμάρτανες, ἀλγοῦντ' ἄν. (Part. Impf.)

β. Λέγω σε, εἴ τι ἡμαρτες, ἀλγήσαι ἄν.  
 Οἰδά σε, εἴ τι ἡμαρτες, ἀλήσαντα ἄν.

F. Concessivas Sententias formant εἰ καὶ, καὶ εἰ, *etsi*, cum Verbis Finitis, vel καίπερ, περ, *quamvis*, cum Participiis : ut,

Εἰ καὶ ἡμαρτεν, ὅμως φίλος ἐστίν.

*Etsi peccaverit, carus est tamen.*

Οἰκτείρομέν νιν, καίπερ ὄντα δυσμενῆ.

*Miserescimus ejus, quamvis sit inimicus.*

#### SENTENTIÆ ADJECTIVALES.

§ 74. Adjectivales Sententias efficiunt Relativa, quæ omnibus Modis pro re nata jungi possunt.

1. In Oratione Obliqua vel Frequentativa, post Tempus Historicum, Relativum fere jungitur Optativo : ut,

Ἔφασαν αὐτοὺς ὄντινα λάβοιεν διαφθείρειν.

*Dicebant eos, quemcunque cepissent, occidere.*

Ἐφόνεον πάντας, ὅτῳ ἀντύχοιεν.

*Omnes interficiebant, in quos incidissent.*

2. \* Sed cum ἄν compositum Relativum, præcedente Tempore Primario, Subjunctivum regit : ut,

Λέγονται, ὅσους ἄν λάβωσι, διαφθείρειν.

*Dicuntur quoscunque ceperint occidere.*

Φονεύει πάντας, ὅτῳ ἄν ἀντύχη.

*Omnes interficit in quos inciderit.*

## 3. \* Interdum omissa ἄν: ut,

Τῶν ἐλευθέρων

Οὐδείς κακίων δοῦλος ὅστις ἐσθλὸς ᾖ.

*Nemo servus, qui quidem probus sit, libero turpior est.*

a. Quæ de Relativo diximus, eadem dicta puta de Relativis Particulis Modi, Locī, &c., quales sunt ὡς, ὅπως, *quomodo*, ὅπου, ἴνα, εἰθὰ ὑβί, &c.: ut,

Πατρίς γάρ ἐστι πᾶσ' ἴν' ἂν πράττη τις εὖ.

*Patria enim est cuique ubicunque est bene.*

## ORATIO OBLIQUA.

§ 75. De Modorum ratione in Principalibus Sententiis Orationis Obliquæ confer § 72.; de Subordinatarum Syntaxi vide §§ 73, 74.

1. Sed notandum est porro, in Subordinatis etiam Sententiis multum esse Infinitivi pro Verbo finito usum: ut,

Λέγεται Ἀλκμαίονι, ὅτε δὴ ἀλᾶσθαι αὐτὸν, τὸν Ἀπόλλω ταύτην τὴν γῆν χρῆσαι οἰκεῖν.

*Alcmaeoni, quum jam exularet, fertur Apollo hanc terram habitandam per oraculum dedisse.*

## COORDINATIO.

§ 76. Coordinationem Sententiarum efficiunt Conjunctiones

a. Copulativæ, Partitivæ, et Adversativæ: καί, τὲ, καὶ . . . καί, τὲ . . . τὲ, τὲ . . . καί, οὐδέ, οὔτε . . . οὔτε vel τὲ, μηδέ, μήτε . . . μήτε vel τὲ, οὐ μόνον, μὴ μόνον, οὐχ ὅπως, μὴ ὅπως, οὐχ ὅτι, μὴ ὅτι . . . ἀλλὰ καί, non solum non . . . sed etiam; ἀλλὰ, δὲ, μὲν . . . δὲ, τότε μὲν . . . τότε δὲ, ἄλλοτε μὲν . . . ἄλλοτε δὲ, τοῦτο μὲν . . . τοῦτο δὲ, καίτοι, καὶ μὴν, κ. τ. λ.

b. Disjunctivæ, ἢ, ἢ . . . ἢ, ἢτοι . . . ἢ, εἴτε . . . εἴτε, &c.

c. Causalis γάρ, et Illativæ, ἄρα, οὖν, τοίνυν, τοίγαρ, &c.

## DE PARTICULARUM QUARUNDAM VI.

§ 77. 1. \* Particulæ quæ neque subordinandis neque coordinandis Sententiis, sed vel limitandis vel corroborandis inserviunt, illæ sunt; γέ, *quidem, saltem*, πέρ, *quamvis*, τοί, *quidem, certe*, δὴ, *jam*, μὴν, *quidem, tamen*, *vero*, cum aliis, quarum usum lectio optime docebit.

2. \* Particulæ *asseverandi* sunt ἦ, ἦ μὴν, *certe, vere*. Νῆ affirmativa et μὰ negativa asseveratio cum Accusativo construuntur: ut,

Νῆ τὸν Δία, *per Jovem juratus affirmo.*

Μὰ τὸν Δία, *per Jovem juratus nego.*

§ 78. 3. Particulæ Negativæ sunt οὐ et μὴ; ex quibus οὐ categorice negat, μὴ hypothetice. Itaque μὴ adhibetur

(1) In Prohibendo cum Imperativo vel Subjunctivo, rarius cum Indicativo Futuri: ut,

Μὴ λέγε vel μὴ λέξης, rarius μὴ λέξεις, *ne dicas.*

(Nunquam scripseris μὴ λέξης, μὴ λέξον.)

(2) In Optando, cum Optativo: ut,

Μὴ λέγοιμι, *utinam ne dicam.*

(3) \* Cum Verbo quovis, finito vel infinito, quod propositionem indeterminatam efficiat: itaque in Petitionibus Obliquis: in Sententiis Consecutivis cum Infinitivo; in Sententiis Finalibus; in Temporalibus indefinitæ significationis; in Conditionalium Protasi; denique cum Relativo quocunque vel Particula indefinitum habente sensum, ubi Anglice dixeris “-ever,” ut ὅς μὴ vel ὅς ἂν μὴ, “*whoever . . . not.*” Ita distinguas.

*depending on something else.*

Οὐ λέγων, *quia vel quum non dicit*; et *althoug he does not speak*  
 Μὴ λέγων, *si non dicit*:

Ὁς οὐ λέγει, *iste qui non dicit*; et

Ὁς μὴ λέγει, vel ὁ μὴ λέγων, *quisquis non dicit*.

§ 79. \* Repetita Negatio apud Græcos fortius negat;  
 quod efficit epexegetica ratio sermonis Græci: ut,

*Μικρὰ φύσις οὐδὲν μέγα οὐδέποτε οὐδένα, οὔτε ιδιώ-  
 την οὔτε πόλιν, δρᾶ.*

*Pusilla in dolens nihil magni confert unquam, neque in  
 privatum neque in rempublicam.*

§ 80. 1. Simpliciter interrogant ἦ, ἄρα, *нѣ*, μὴ, μῶν,  
*num*, οὐ, ἄρ' οὐ, μῶν οὐ, ἄλλο τι, *nonne*, *annon*:

Dupliciter *πότερον* vel *πότερα* . . . ἦ, *utrum* . . . *an*;  
*ἄρα* . . . ἦ, *нѣ* . . . *an*, &c.

2. \* *Μή*, post Verba Solicitudinem significantia,  
 ponitur cum Indicativo vel Subjunctivo, vel in conse-  
 cutione Historica cum Optativo: ut,

*Δέδοικα μὴ ἀμαρτάνη.*

*Metuo ne forte peccet.*

*Δέδοικα μὴ ἀμαρτάνει.*

*Metuo ne nunc peccet.*

*Ἔδεδοίκειν μὴ ἀμαρτάνοι.*

*Metuebam ne forte peccaret.*

3. \* Et *μὴ οὐ*, *ne non*: ut,

*Δέδοικα μὴ οὐχ ἀμαρτάνη.*

*Metuo ne forte non erret.*

*Δέδοικα μὴ οὐχ ἀμαρτάνει.*

*Metuo ut nunc erret.*

4. \* Excidit aliquando Verbum : ut,

Ἄλλὰ μὴ οὐκ ἦ διδακτὸν ἡ ἀρετή.

*Sed timendum est ut virtus sit ex iis rebus quæ docentur.*

5. \* Verbis prohibendi, negandi, cessandi, dubitandi, similibus, Infinitivus additur vel simplex, vel cum μὴ, τὸ μὴ : ut,

Φῆς ἢ καταρνεί μὴ δεδρακέναι τάδε ;

*Aisne an negas te hæc fecisse ?*

Καὶ φημι δρᾶσαι οὐκ ἀπαρνούμαι τὸ μὴ.

*Aio me fecisse, neque nego.*

6. \* Vel cum μὴ οὐ, τὸ μὴ οὐ, si præcedit Negatio : ut,

Οὐκ ἂν πιθοίμην μὴ οὐ τὰδ' ἐκμαθεῖν σαφῶς.

*Impetrari a me non poterit ut hæc ne scisciter.*

7. \* Etiam Participio μὴ οὐ jungitur, si Negatio præcedit : ut,

Ἦκεις γὰρ οὐ κενή γε, μὴ οὐχὶ δεῖμ' ἐμοὶ

Φέρουσα. *Sophocles*

*Non tam ob nullam causam venisti, ut mihi nihil afferas terroris.*

8. \* Coalescentibus οὐ et μὴ ex ellipsi efficitur οὐ μὴ, quæ cum secunda persona Futuri Indicativi prohibendi vim habet, sed cum ceteris personis, et cum Subjunctivo Aoristi, vehementer negandi : ut,

(1) Οὐ σίγ' ἀνέξει, μηδὲ δειλίαν ἀρεῖς ;

*An non tacebis, neque timiditati concedes ?*

Οὐ μὴ δυσμενῆς ἔσει φίλοις ;  
*Nonne amicis non-infesta eris ?*  
 = *Ne infesta sis amicis.*

(2) Οὐ σοι μὴ μεθέψομαί ποτε (= οὐ δέος ἔστι μῆ).  
*Nunquam te sequar.*  
 Οὐ μὴ πίθηται.  
*Certe non parebit.*

---

### PARS III.

#### ADDITAMENTA.

---

#### I. DE PRONOMINIBUS.

§ 81. 1. Personale pro Possessivo Subjective usurpatur : ut,

Ἡ ψυχὴ σου, pro ἡ σὴ ψυχὴ, *anima tua.*

2. Possessivum pro Personali Objective : ut,  
 Σὸς πόθος, pro σοῦ πόθος, *desiderium tui.*

#### II. DE INFINITIVO ET PARTICIPIO.

§ 82. A. Infinitivi et Participii vis late patet apud Græcos.

1. Infinitivum cum Articulo Substantivi vim habere vidimus. Obliqui Casus etiam Gerundiorum muneribus funguntur : ut,

Τοῦ φρονεῖν, *sapientiæ, vel sapiendi.*

Τῷ φρονεῖν, *sapientiæ, vel sapientia, vel sapiendo.*

Εἰς τὸ φρονεῖν, *ad sapientiam, vel ad sapiendum.*

2. Infinitivus sine Articulo multis Verbis, ut apud Latinos, jungitur vel Subjective, vel Objective, vel Prædicative : ut,

Δεῖ φρονεῖν.

*Sapere oportet.*

Βούλομαι εὖ φρονεῖν.

*Sapere volo.*

Ἐλέγετο Σωκράτης εὖ φρονεῖν.

*Sapere dicebatur Socrates.*

3. Infinitivus cum Accusativo sui Subjecti, ut apud Latinos, vel Subjective, vel Objective, vel Appositive ponitur : ut,

Ἀγγέλλεται Θασίους Ἀθηναίων ἀποστῆναι.

*Nuntiatur Thasios ab Atheniensibus defecisse.*

Ἀγγέλλουσι Θασίους Ἀθηναίων ἀποστῆναι.

*Nuntiant Thasios ab Atheniensibus defecisse.*

Τί τοῦτο ἀγγέλλεις, Θασίους Ἀθηναίων ἀποστῆναι ;

*Quid hoc nuntias, Thasios ab Atheniensibus defecisse ?*

a. \* Qui Accusativus in Nominativum vertitur, quoties Verbi finiti atque infiniti idem est Subjectum : ut,

Οὐκ ἔφη αὐτὸς ἀλλ' ἐκεῖνον στρατηγεῖν.

*Dixit non seipsum sed illum ducem esse.*

Νόμιζε γήμας δοῦλος εἶναι διὰ βίου.

*Arbitrare te, quum uxorem duxeris, servire quoad vivas.*

4. \* Infinitivus Adjectivis et Substantivis postponitur tum Activo tum Passivo sensu : ut,

Δεινὸς λέγειν, *dicendi peritus.*

Θαῦμα ιδέσθαι, *mirandum visu.*



5. \* Infinitivus Consecutivo sensu ponitur etiam sine Particula ὥστε : ut,

Λυκούργος ἐποίησε μηδὲ ἐν τῷ γήρᾳ ἀμελεῖσθαι τὴν  
καλοκαγαθίαν.

*Lycurgus effecit ut ne in senectute quidem negligere-  
retur honestas.*

a. \* Magna est in hoc genere epexegetica vis Infinitivi : ut,

Τί μ' οὐκ ἀφῆκας εἰς Ἄιδου μολεῖν ;

*Cur me non ad Orcum dimisisti ?*

6. \* Finali Sensu sæpe ponitur, quod secus est apud Latinos : ut,

Ἐπεμψε Ξέρξης κατασκόπον ιδέσθαι ὅ τι οἱ Ἕλληνες  
ποιοῖεν.

*Speculatorem misit Xerxes qui inspiceret quid Græci  
agerent.*

7. \* Per Ellipsin usurpatur Imperative : ut,

Μὴ πλουτεῖν ἀδίκως.

*Ne divitias injuste congeras.*

a. Item cum Interjectionis vi : ut,

Τῆς τύχης, τὸ ἐμὲ νῦν κληθέντα δεῦρο τυχεῖν.

*Quam mira fors, huc me nunc casu quodam invitatum esse.*

b. Et cum Adverbiali vi : ut,

Ἐμοὶ δοκεῖν, *mea sententia.*

Τὸ νῦν εἶναι, *ut res nunc sunt.*

Ἐκὼν εἶναι, *sponde.*

Ὡς ἔπος εἰπεῖν, *ut ita dicam.*

Ὡς συνελόντι εἰπεῖν, *ut breviter loquar.*

c. Per Ellipsin Optative ponitur Infinitivus cum Accusativo, in precibus adhibendis : ut,

Θεοὶ πολῖται, μή με δουλείας τυχεῖν.

*Dii civitatis, servitutem ne scram.*

## B. \* Gerundivum in τέος

1. Adjective usurpatur, ut Latinorum Participium in *dus* : ut,

Ἡ πόλις ὠφελητέα ἐστὶν ἡμῖν.  
*Urbs a nobis adjuvanda est.*

2. Impersonaliter adhibitum, tam Plurali quam Singulari numero, necessitatem significat, sui Verbi casum regens : ut,

Σωφροσύνην ἀσκητέον ἐστίν.  
*Temperantiam exercere oportet.*

Πολεμικῆς ἐπιστήμης οὐ μεταδοτέον τοῖς δούλοις.  
*Scientiæ bellicæ participes servi non sunt faciendi.*

Ξυμμάχους οὐ παραδοτέα ἐστι τοῖς Ἀθηναίοις.  
*Socii Atheniensibus non sunt tradendi.*

3. Et interdum cum vi Passiva : ut,

Γυναικὸς οὐδαμῶς ἡσσητέα.  
*Non patiendum est ut a muliere vincamur.*

a. Ita alia Adjectiva Plurali pro Singulari utuntur : ut,

Ἄδύνατα ἦν τοὺς Λοκροὺς ἀμύνεσθαι.  
*Impossibile erat Locros repellere.*

C. 1. Substantivum et Participium conjunctim ponuntur in Genitivo, quem Absolutum vocant : ut,

Βασιλέων ἐκπεσόντων ὑπατοὶ ἡρέθησαν.  
*Regibus exactis consules creati sunt.*

a. \* Rarius in Nominativo : ut,

Ἄμφω δ' ἐζομένω γεραώτερος ἦεν Ὀδυσσεύς.  
*Ambobus sedentibus venerabilior erat Ulysses.*

b. \* Accusativus Absolutus usurpatur

(1) Impersonaliter : ut,

Δεδογμένον αὐτοῖς, *quum iis visum esset*; ἔξδν, *quum liceat*;  
παρὸν, *quum fieri possit*; δέον, *quum oporteat*; προσῆκον,  
*quum deceat*; αἰσχρὸν ὄν, *quum turpe sit*.

(2) Vel personaliter cum Particula ὡς : ut,

᾽Ὡς τόδ' αἶμα χειμάζον πόλιν.

*Utpote hac cæde turbante urbem.*

Cujus Particulæ multus est usus cum Participiis.

c. Participium omne, sive Attributum, sive Absolutum, Adverbialis Sententiæ vice fungi potest : ut,

᾽Ὡσει ἐλθῶν, *quum veneris, videbis*.

᾽Εμοῦ ἐλθόντος ὄψει, *quum ego venero, videbis*.

᾽Αλγῶ ἀμαρτῶν, *quod peccavi doleo*.

᾽Αμαρτόντος σου ἀλγῶ, *quod tu peccasti doleo*.

᾽Αμαρτῶν οὐκ ἀλγεῖς ὅμως, *etsi peccasti, tamen non doles*.

2. \* Participium pro Infinitivo sequitur Verba *gaudendi, pigendi, pudendi, pœnitendi, ostendendi, sentiendi, intelligendi, ordiendi, desinendi, perseverandi*, necnon *λανθάνω, τυγχάνω, κυρῶ, φθάνω*, alia : quod Participium nunc ad Subjectum Verbi pertinet, nunc congruit cum Objecto : ut,

᾽Ἡδομαι ταῦτα ποιῶν.

*Hæc libenter facio.*

Λανθάνω ταῦτα ποιῶν.

*Hæc latenter facio.*

᾽Ετυχε παρών.

*Casu adfuit.*

Παύσω σε ταῦτα ποιούντα.

*Faciam ut hæc agere desinas.*

## III. DE ATTRACTIONE.

§ 83. 1. \* Subjectum a Subordinata Sententia retrahitur, ut principalis Sententiæ fiat Objectum :

(1) In Enuntiatione Obliqua : ut,

Ὅρατε τοὺς πολεμίους, ὅτι οὐκ ἐτόλμησαν μάχεσθαι.  
*Videtis ut hostes pugnare non sint ausi.*

(2) In Interrogatione Obliqua : ut,

Ἔσμεν τὴν γῆν ὀπόση ἐστί.  
*Scimus quanta sit tellus.*

2. \* Relativum attrahitur in Casum Antecedentis :  
ut,

Χρῶμαι βιβλίοις οἷς ἔχω.  
*Utor libris quos habeo.*

3. Et Antecedens in Relativi clausulam : ut,

Οἷς βιβλίοις ἔχω χρῶμαι.  
*Quos habeo libros, iis utor.*

a. \* Mira est Attractio Relativi οἷος, *qualis*, cum Pronomine Personali : ut,

Οἷος (vel ὁ οἷος) σὺ ἀνὴρ, *vir, qualis tu es.*  
Οἷου (vel τοῦ οἷου) σοῦ ἀνδρὸς, *viri qualis tu es.*  
Οἷω (vel τῷ οἷω) σοὶ ἀνδρὶ, *viro, qualis tu es, &c.*

Similiter usurpatur ἡλίκος, *quantus*.

b. \* Relativorum cum Adjectivis junctorum similis est Attractio :  
ut,

Πόνος θαυμαστὸς ὅσος, *labor incredibili magnitudine.*  
Πόνου θαυμαστοῦ ὅσου, *laboris incredibili magnitudine, &c.*  
Ἀφόρητος οἷος κρυμδς, *frigus intolerabile.*

c. \* Attrahuntur invicem Adverbia : ut,

Ἔτρεφῶν ὡς χαίρω, *mirum quantum gaudeo.*

d. \* Notandæ sunt locutiones οἷός τε pro τοιοῦτος ὡστε, ἐφ' ᾧ τε pro ἐπὶ τούτῳ ὡστε, οὐνεκα pro τούτου ἕνεκα ὅτι, cum similibus.

e. \* Indefinitum ἔστιν ὅς, *est qui*, etiam in Plurali servat Verbum Singulare: ut ἔστιν οἱ, ἔστιν ὧν, κ.τ.λ.

4. \* Antecedens attrahitur in Casum Relativi: ut,

Τὴν οὐσίαν ἣν κατέλιπεν οὐ πλείονος ἀξία ἐστί.

*Quam rem reliquit, ea non pluris est.*

a. \* Hinc oritur Attractio in omnibus Casibus formulæ οὐδεὶς ὅστις οὗ: ut,

Οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἂν ταῦτα ποιήσειεν.

*Nemo est quin ita facturus sit.*

Οὐδενὸς ὅτου οὐ κατεγέλασε.

*Nemo est cui non irriserit.*

Οὐδενὶ ὅτῳ οὐκ ἀπεκρίνατο.

*Nemo est cui non responderit, &c. &c.*

#### IV. DE PRÆPOSITIONIBUS.

§ 84. A. \* Singulos Casus regunt ἀντί, πρὸ, ἀπὸ, ἐκ (ἐξ), ἐν, σὺν, ἀνά, εἰς.

a. Genitivum solum regunt ἀντί, προ, ἀπό, ἐκ (ἐξ).

(a.) Ἀντί usurpatur (1) de Loco (*over-against*); deinde (2) de Commutatione (*in exchange for, instead of*): ut, φρόνησιν ἀντ' ὀργῆς ἔχει, *rationem habet pro ira*; ἀνθ' ὧν (*wherefore, because*).

(b.) Πρὸ usurpatur (1) de Loco (*before*): ut, πρὸ Ἰλίου, *ante muros Ilii*; (2) de Tempore: ut, πρὸ ἡμέρας, *ante lucem*; (3) de Comparatione: ut, τοῦτο κάλλιον ἐστί πρὸ τοῦ φεύγειν, *hoc melius est præ exilio*; (4) de Præsidio (*for, in behalf of*): ut, πρὸ τῆς πατριδος ἀπέθανε, *pro patria periit*.

(c.) Ἀπὸ (*from*) usurpatur, (1) de Digressione (2) et Distantia: ut, ἄρτι ἀπ' ἐκείνου ἔρχομαι, *nuper ab illo digressus sum*; ἀπὸ θαλάσσης, *procul a mari*; ἀπὸ γνώμης, *aliter ac putabam*; (3) de Origine, Causa, et Materia: ut, τῶν ἀπὸ τοῦ δήμου τις, *quidam ex plebe*; ζήουσιν ἀπὸ θήρης, *a venatu victum habent*; στρατεύμα σνέλεξεν

ἀπὸ τούτων τῶν χρημάτων; *his pecuniis exercitum comparavit*; (4) de Tempore (*after*): ut, ἀπὸ δείπνου, *post cœnam*; (5) in Phrasibus: ut, ἀπὸ στόματος, *memoriter*, ἀπὸ ταύτομάτου, *sponste, fortuito*, ἀπὸ τοῦ προφανοῦς, *aperte*.

(d.) Ἐκ, ἐξ (*out of, from*) fere ut ἀπὸ usurpatur (1) de Digressionē, (2) Distantia, (3) Origine, (4) Causa vel Agente, (5) Materia, (6) Tempore (*after*), (7) et de Loco: ut, ἐκ δεξιᾶς, *ad dextram*; (8) et in Phrasibus: ut, ἐξ ἴσου, *pariter*; ἐκ τοῦ φανεροῦ, *aperte*.

(e.) Genitivum regunt etiam ἀνευ, χωρὶς, *sine*; πλὴν, *præter*; ἔνεκα, ἕκατι, *propter*; χάριν, *gratia*; δίκην, *in star*; et Adverbia Loci ac Temporis: ut, εἴσω, ἔμπροσθεν, ἐνώπιον, ἐντὸς, εὐθὺ, ἔξω, μεταξὺ, ἐγγὺς, πέραν, πλησίον, ὀψέ, κ.τ.λ.

b. Dativum solum regunt ἐν, σὺν.

(a.) Ἐν (*in*), (1) de Loco, (2) Tempore, (3) vel Statu quovis; (4) (*among*), (5) (*in the power of*): ut, ἐν σοὶ ἐσμέν, *penes te sumus*; (6) in Phrasibus: ut, ἐν μέρει, *vicissim*; ἐν ψῆ, *dum*.

(b.) Σὺν (*together with*). Phr. σὺν θεῷ, *deo favente*; σὺν χρόνῳ, *tandem*.

(c.) Dativum regunt etiam ἅμα, ὁμοῦ, *simul*; ἴσως, *pariter*; ὁμοίως, *similiter*.

c. Accusativum solum regunt ἀνὰ, εἰς.

(a.) Ἀνὰ (*up to, up along*) (cui opponitur κατὰ), adhibetur (1) de Loco: ut, ἀνὰ ποταμὸν (*up the river*), sed κατὰ ποταμὸν (*down the river*), ἀνὰ στρατὸν, *sursum per exercitum*; (2) Distributive: ut, ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν, *quotidie*; ἀνὰ πέντε παρασάγγας τῆς ἡμέρας, *in singulos dies quinos parasangas*; (3) de Modo: ut, ἀνὰ στόμ' ἔχειν, *in ore habere*; ἀνὰ κράτος, *totis viribus*. Rarius ἀνὰ, *super*, Dativum regit: ut, ἀνὰ σκήπτῳ, *summo sceptro* (apud Pindarum).

(b.) Εἰς (ἐν-ς), εἰς (*into, to*), adhibetur (1) de Loco quo vel quousque tendimus; (2) De Tempore: ut, εἰς ἑσπέραν, *ad vesperum*; (3) de Proposito (*for*): ut, δαπανᾶν εἰς τὸ κοινὸν ἀγαθόν, *bono publico impendere*; (4) de Respectu (*as to*): ut, εὐτύχησεν εἰς τέκνα, *felix erat quoad liberos*; (*towards*), ut, ἀληθῆς ἐς φίλους ἔφην φίλος, *verus sum erga amicos amicus*; (5) de Numero (*about*): ut, ναῦς εἰς τὰς τετρακοσίας, *naves circiter quadringentas*; (6) in Phrasibus: ut, εἰς καιρὸν, εἰς δέον, εἰς καλὸν, *opportune*.

Ὡς pro εἰς usurpatur de motu ad personas tantum: ut, ὥς τὸν Δί' ἐς τὸν οὐρανὸν, *in cœlum ad Jovem*.



B. \* Binos Casus, Genitivum et Accusativum, regunt διὰ, κατὰ, ὑπὲρ, μετὰ.

(a.) Διὰ (through),

1. Cum Genitivo usurpatur (1) de Spatio Loci aut Temporis transigendo (*through--out*): ut, διὰ θώρακος, *usque per lorica*; διὰ νυκτός, *per totam noctem*; (2) de Intervallo Temporis aut Loci: ut, διὰ πέντε ἐτῶν, *post quinque annos*; διὰ τρίτης ἡμέρας, *tertio quoque die*; (3) de Instrumento (*by means of*): ut, δι' ὀφθαλμῶν ὀρᾶν, *oculis cernere*; δι' ἑαυτοῦ, *suapte vi*; (4) de Modo, in multis formulis: ut, διὰ σπουδῆς, *diligenter*; διὰ φιλίας ἵνα τι, *amicitiam conjungere cum aliquo*; διὰ χειρὸς ἔχειν τι, *aliquid in manu habere*; ita δι' ὀργῆς, *iracunde*; διὰ τέλους, *perpetuo*, &c.

2. Cum Accusativo usurpatur (1) de Spatio (*over, through*): ut, διὰ πόντιον κῦμα πλεῖν, *per pontum navigare*; (2) de Causa (*on account of, through*): ut, διὰ καῦμα, *propter aestum*; δι' ἡμᾶς (*through us*).

(b.) Κατὰ (down), cui opponitur ἀνὰ,

1. Cum Genitivo usurpatur (1) de Loco (*down from*): ut, κατ' Οὐλύμποιο καρήνων, *deorsum ab Olympi vertice*; (*down under*): ut, κατὰ χθονός, *sub terra*; (*down on*): ut, κατὰ χθονός ὄμματα πῆξαι, *oculos terræ defigere*; 2. hinc (*against*): ut, τοξεύειν, ψεύδεσθαι, κατὰ τινός, *tela, mendacia conjicere in aliquem*; 3. (*concerning*): ut, κατὰ τινός τι λέγειν, *dicere aliquid de aliquo*.

2. Cum Accusativo ponitur (1) de Loco (*down--along, along, at, in, over-against*); (2) de Tempore (*in, by, in the time of*): ut, κατὰ νύκτα, *noctu*; κατὰ Κῦρον, *Cyri ætate*; (3) de Congruentia (*according to, suitably to*): ut, κατὰ δύναμιν, *pro viribus*; (4) de Respectu (*as to, concerning*): ut, αἱ κατὰ τὸ σῶμα ἡδοναί, *voluptates corporis*; (5) de Causa: ut, κατ' ἔχθος, *propter odium*; (6) Distributive: ut, κατ' ἄνδρα, *viritim*; κατ' ἑνιαυτὸν, *singulis annis*; (7) in Phrasibus: ut, κατὰ μόνας, *solitario*; καθ' ἡσυχίαν, *otiose*.

(c.) Ὑπὲρ (above),

1. Cum Genitivo ponitur (1) de Loco (*above*): ut, ὑπὲρ γῆς, *supra terram*; (2) de Præsidio (*in defence of, in behalf of, for*): ut, ὑπὲρ γυναικός καὶ φίλου πονητέον, *pro uxore et amico nitendum est*; (3) de Respectu: ut, ὑπὲρ τινος πράγματος λέγειν, *de re qualibet loqui*.



2. Cum Accusativo significat (*beyond*) et ponitur de (1) Loco, (2) Mensura, (3) Numero:— ut, ὑπὲρ γῆς ὄρους, *ultra terræ fines*; ὑπὲρ ἐλπίδα, *ultra spem*; ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη, *ultra quinquaginta annos*; hinc (4) de Transgressione: ut, ὑπὲρ μόρον, *contra fatum*.

(d.) Μετὰ (*in conjunction with*),

1. Cum Genitivo significat Societatem (*with*): ut, μετὰ νεκρῶν, *cum mortuis*; μετ' ἀρετῆς, *cum virtute*.

2. Cum Accusativo significat (1) Motum (*after*, i. e. *in the track of*): ut, μετὰ χήνας ἀΐσων, *insequens anseres*; (*after*, i. e. *in search of*): ut, πλεῖν μετὰ χαλκῶν, *navigare ad æs petendum*; (2) Ordinem (*after*, i. e. *behind*): ut, ποταμὸς μέγιστος μετὰ Ἴστρου, *fluvius post Istrum maximus*; (4) (*after*) de Tempore: ut, μετὰ ταῦτα, *post hæc*: μετὰ Καμβύσην, *post Cambysen*. Phr. μεθ' ἡμέραν, *interdiu*; μετὰ χεῖρας ἔχειν, *in manibus habere*.

Apud poetas cum Dativo construitur μετὰ *cum*, *inter*: ut, μετὰ δὲ τριτάτοισιν ἄνασσει, *inter homines tertii seculi regebat*; μετὰ χερσίν, *in manibus*.

C. \* Ternos casus regunt ἀμφί, περι, ἐπὶ, παρὰ, πρός, ὑπό. ὕπό.

(a.) Ἀμφί (*on both sides*),

πρός

1. Cum Genitivo ponitur (1) de Respectu (*about*): ut, ἡ ἀμφὶ τοῦ πατρὸς δίκη, *judicium de patre*; (2) apud Herodotum de Loco (*around*): ut, ἀμφὶ πόλιος, *circa urbem*.

2. Cum Dativo poetice tantum (1) de Respectu: ut, ἀμφ' ἐμοί, *de me*; (2) de Loco: ut, ἀμφὶ σώματι, *circa corpus*; (3) de Causa: ut, ἀμφὶ φόβῳ, *præ timore*.

3. Cum Accusativo (1) de Loco, Tempore, et Numero (*about, at*): ut, ἀμφὶ τὸν ποταμὸν, *ad fluvium*; ἀμφὶ Πλειάδων δύσιν, *circiter Vergiliarum occasum*; ἀμφὶ τὰ πεντήκοντα ἔτη, *circiter quinquaginta annos natus*; (2) de Respectu: ut, ἀσκούσι τὰ ἀμφὶ τὸν πόλεμον, *exercentur in rebus bellicis*.

(b.) Περι (*all round*),

